BIBLIOTECA NAZ.
XXVII*
A
58
NAPOLI

XXVII*
a
58.

VIII. O. 21

115
B
34.

CARMINA INSIGNIVM QVORVMDAM NATALIBVS, ET ERVDITIONE POETARVM REGIENSIVM IACOBI VECTIANI OPERA.

In gratiam ſtudioſæ Iuuẽtutis collecta.

IIII·h·49

GENVÆ

APVD IOSEPHVM PAVONEM.

M. DC. XXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

APPROBATIONES

E*X commiſsione R^mi^. P. Vincentij Preti Genuæ Inquiſitoris Librum hunc perlegi inſcriptum:* Carmina Inſignium quorumdam natalibus, & eruditione Poetarum Regienſium Iacobi Vectiani opera in gratiā ſtudioſæ Iuuentutis collecta. *Quo in Libro quoniā nihil reperi à Fidei orthodoxæ veritate, & ſana alienū doctrina: verùm omnia, aut pleraq;, quod ad poëticam artem attinet, dilucide, ornatè, & ingenioſè ſcripta, dignum cenſeo, ut publicis typis mandetur.*

D. Io. Carolus Palauicinus C. R. Somaſchæ

IMPRIMATVR:

Fr. Vincẽtius Pretus Inq. Genuæ.

S. P. Q. REGIENSI

Hoc eſt

Illuſtriſ. Viris, Vrbis Priori, Antianis, & Decurionibus vniuerſis.

S. P. D.

IACOBVS VECTIANVS.

ET ſi à primo ſtatim poſt quartum luſtrum anno; quo tẽpore haud mihi plane deſipere videbar; ita Patriam reliqui, vt plures per interualla annos foris, quàm domi vixerim, & nunc etiã viuam: nolim tamen exiſtimetis, VV. Illuſtriſ. ideò me feciſſe, quòd aut illam minoris quàm par eſt, facerem, aut alias, quantumuis nobiles Italiæ Vrbes cariſ-

riſſimæ anteferrem Parēti. Neq; enim ea eſt Vrbs noſtra, vt mihi ipſa à quoquam, ſicuti Seriphio illi, veluti probro obijcienda ſit. Nam, vt ea; quod probe noui; & magnitudine, & ædificijs, & ciuium frequentia cedit nō vni: ita; quod multò pluris faciendum cenſeo; pietate ac religione nulli planè concedit: cum ipſe tamen & alias nouerim, & verò etiā viderim non paucas, quæ cum noſtra ne illis quidem, quas modò commemoraui, rebus haud ſane contemnendis, cōparari poſſint, quin longè ſuperentur. Nec verò, quòd ad reliqua attinet, mihi ſanè quidquam perſuadent illi, qui quadā, vt reor, ambitione potius quàm verò animi ſenſu ducti, ſuadere omnibus conantur; Non eum, in

quo

quoquis natus eſt locū, ſed terrā vniuerſam homini, qui liber ac ſolutus in hāc lucē editus eſt, Patrium ſolum eſſe. *Clamet igitur per me licet, & quàm maximè poteſt, ſiue Democritus aliquis:* ἀνδρὶ σόφῳ πᾶσα γῆ βατή: Viro ſapienti omnis terra peruia eſt. *Vociferetur etiam, vt lubet, altiore ſtrepitu Euripides Tragicus:* ἅπασα χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρὶς: Omnis terra Viro forti Patria eſt: *non audio, nec modò græcos iſtos, ſed ne ipſum quidem hoc loco moralium præceptionum Doctorem, Annæum Senecam aſſerentem;* ſe in quamcumque terram veniret, in ſuam venire. *Nam ſi Parentes nullo alio genere hominum facilè commutemus, cur alio quantumuis celebri loco Patriam, quæ*

 ipſis

ipſis longè præferenda eſt Parentibus? Illis igitur ego quidem auſculto libẽtius, qui & noſtri ſunt, & ſuauiori etiam orationis genere vtentes magis me mouent, dum monent; ipſe Romanæ eloquẽtiæ parẽs Cicero: Patria nihil dulcius, nihil carius eſſe debet: *& Poëtarum ingenioſiſſimus Sulmonenſis:*

Neſcio qua Natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Quorſum hæc dixerit è vobis aliquis, Illuſtriſs. VV. aut etiam fortaſſe omnes. Vt ſciatis me foris quidem diutiſſimè per interualla, vt dixi, nunc diſcendi nunc docendi cauſa vixiſſe: ſed animo, & mente, & votis ſemper apud Vos, & in Patria manſiſſe, nihilq; aliud cogitaſſe magis, quàm id

efficere,

efficere, ſi poſſem; conari ſi non poſſem; vt quæ per ſe clariſſima eſt Ciuitas noſtra, ex multorũ quoque Ciuiũ ſuorum claritudine clareret in dies magis. Itaq; cum inaudiſſem, et mox etiam apud Scriptores ex recentioribus magni nominis non vnos legiſſem, in ijs quoq;, ad literas amæniores, & Muſarũ delicias quæ pertinent ſtudijs, multos è noſtris, qui valde excellerent, extitiſſe: cœpi mecum cogitare, ſi forte eorum aliquibus ſingulorum lucubrationibus Variorũ carminum Librum cõcinnare poſſem, qui illis laudi, Patriæ decori, nobis omnibus, atq; etiam exteris voluptati: ipſis noſtræ Vrbis; quod in primis ſpectaui; Adoleſcentibus ad bonas artes ardentius amplectendas vſui atq; incitamẽ-

 to,

to, & taliū, ciuiū præſerti ſuorū, exemplo virorū, adiumento eſſe poſſet. Nec ſanè in eo conſilio exequendo ſegnis fui: rem ſiquidem cum amicis communicatam, quia placere viſa eſt, ſtatim aggreſſus ſū; at fruſtra primo illo conatu, quod non putabam. Cum enim diligentiſsimè quæſiſſem, flagitaſſem, multas multorum arculas, ſcrinia, capſulas; vnde aliquid modò erui poſſe confiderem; illis volentibus excuſſiſſem, nihil tamen inueni, quod ad id, quod volebam, inſeruire mihi aliqua ratione poſſet. Omnibus itaque propemodū deſperatis, conſilium quoque abijeciſſe videbar ea de re quidquam amplius cogitandi: cum ecce tibi caſus obtulit, quod nulla ratio, nulla induſtria, nulla amicorum ſollertia

con-

confectum mihi antea dare potue-rat. Caſus autem fuit huiuſmodi. Ad Franciſcum Zobolum, Diui Nicolai Præpoſitum, Virum mo-rum probitate non minus, & vitæ integritate, quàm natalibus com-mendatiſſimum (cuius in Domo, vt ſcitis, & primariæ nobilitatis Academiã ad duodecim, & in Ec-cleſia Collegiata principis Sacerdo-tij locum obtinebã) ad illũ igitur; cum ex eius morte Patris; annus, opinor, hic agitur duodecimus; al-lati fuiſſent ingentes ſcripturarum faſces, eas ego quoque domeſticis omnibus expoſitas, neſcio quo Genio impulſus; ſed bono, vt mox ex-pertus ſum; otioſè admodum & cunctabundè, meum præter morẽ, explicare ſingulas, aliquot legere, peruolutare cœpi vniuerſas. &

 certè

certè ea in re operæ pretiū haud mihi perijt. Dū enim ſursū ac deorſum illas miſceo humi abiectas, & planè confuſas, incidi in libellum quendam, neſcio cuius, ſed luculenta tamen exaratum manu, in quo & multa eorum, qui in Italia paullo ſuperiore ſæculo floruerunt Poëtarum, & Croti quoq; noſtri, & vtriuſq; Pariſeti; Iulij inquam, & Ioannis Baptiſtæ; non pauca erāt Epigrammata deſcripta. Exilui, fateor, & omnibus inceſſi lætitijs, cum mihi viderer, non id, quod pueri in faba, vt aiunt, ſed inter chartacea illa inuolucra theſaurum inueniſſe, qui trium illorum, quod ſummopere auebam, ſi non omnia (nam multa ſcripſerunt) plura certè, quàm ſperabam, inueniſſem Epigram-

mata.

mata. Illa igitur, quæ non quæſita repereram, ſtatim deſcripſi, circumtuli, amicis oſtentaui, idq́ue in primis flagitaui; vt ad id, quod maxime volebam, quas poſsēt, ipſi quoque ſuppetias ferrent. Opem ſuā mihi quiſq; polliciti, & ex illis vnus, atq; alter; quib⁹ idē, quod mihi, valde cordi erat; Superos adeò ꝓpitios, adeò fauētes habuerūt, vt cùm aliorū (quæ videbitis, atq; etiam, vt puto, legetis) carmina neſcio vndenam eruta: tùm in primis Antonij Marij Boiardi; quem ego latinè aliquid, & poeticè ſcripſiſſe plane ignorabam; octo Eclogas, ſuo quidem, at paullo interdum altiore ſtilo ſcriptas: Frāciſci Martelli Elegiam, & quædam Epigrāmata: Dionyſij Rugerij Siluulam, Epicedion, necnō

minutiora quædam: aliorum itidem alia ad Caſale Maius; quò ad humaniores literas publicè docendas iam fueram & inuitatus, & conductus; tranſmiſerint. Quibus ego, quæ apud me extabant Aſdrubalis Bombaſij (quocum 13. ab hinc annis vniuerſam, & quidem honeſtiſſimam inter noſtras, tumulauimus familiam) permulta addidi: Ludouici quoq; Iunioris Pariſeti, quas ad Crotũ, ad Martellum, ad Bembum, ad Sadoletum Cardinales ſcripſit, nonnullas Epiſtolas: Quædam etiam Franciſci Denalij præſtantiſſimi I.C. illuc trãſtuli, cùm alijs, quas hic referre ſupuacaneũ eſſet, tũ ea inprimis de cauſa, vt quę in publicum edere cogitabam, ad iuſtam aliquam magnitudinem Li-

ber

ber excreſceret. Et excreuit ille quidem, quanto meo cum labore ſcribendi, exſcribendi, omnia in ordinem redigendi, multa; quæ non ab Auctoribus, ſed ab iis, qui pperā deſcripſere, peccata fuerāt; corrigendi, nolim dicere; quando id mea quoq; magna cum volaptate, & ſumma animi factum eſt oblectatione. Quidquid tamen id fuit, quod in eo pro meis viribus concinnando libro temporis; aut mox in eodē excudēdo operæ rurſus impendi, id totum in gratiam veſtram factū puteis velim, Illuſt. VV. quibus me, et haſce ipſas doctiſsimorum Virorum lucubrationes Do, Dono, Dico: tum vt ipſi meum in Patriam, in Vos, in reliquos Ciues ſtudium, obſeruantiam, ſingularem quandam in

omnes

omnes animi propenſionem cognoſcatis: tum vt ex talibus, nataliũ non minus ſplendore, quàm eruditionis cõmẽdatione Clariſs. Viris (quandoquidem ex honeſtiſſimis omnes, ex Patritijs pleriq; , vt noſtis, orti ſunt familijs) diſcant huiuſce tempeſtatis Adoleſcentes noſtri, quid ſibi quoq; faciundum ſit, quò Parentes ſummo afficere ſolatio, Patriam pro virili, cum ætas maturior aderit, cohoneſtare magis, ſeq; ipſos, qui ratione & oratione præditi ſunt, à mutarum ingenio animantum (quarum admodum ſimiles ſunt imperiti, ignaui, nimis delicati homines) quàm longiſſimè abducere: ad eruditos, ad ſapientes, ad probos Viros proximè accedere, aut etiam cum illis, ſuo tempore, pari

paſſu

paſſu incedere queant. Quòd ad me attinet, ſi vita dabitur ad hoſce adhuc aliquot, vt ſpero, annos (cū ſim tamē paratus & mea ipſe ſtatione abire, vbi ſummus iubeat Imperator) aliudquiddam, quod iam diu animo menteq; præcepi, fortaſſe perficiam; conabor quidem certè; quod & vobis, opinor, gratum ipſum quoq;, & Patriæ glorioſum, mihi verò ad aliquam paullò maiorem; quam nemo honeſtè natus, honeſtè educatus cùm laude contempſit; apud noſtros vel nunc ſpirantes, vel mox victuros, nominis famam comparādā, aut grati, Patriæq; amantis ciuis opinionem colligendam. Quanquā, vt verum fatear, in eo, quod facere meditor cùm mea voluntate adductus, tùm amicorum aſſiduis

&

& cohortationibus, & flagitationibus, ac tantũ nõ; quod facere etiam pro ſua in me auctoritate poſſent; iuſſis penè coactus: cum Chriſtianæ pietatis ĩ primis & Religionis cauſam ſpectet, Dei vnius, qui in Matre & Sanctis ſuis glorioſus ſemper exſtitit; gloria mihi & ſpectanda, & quærenda eſt.

Interea vos, Illuſtriſs. VV. & bene Valete; & me de hac ſaltem in Vos, & in Vrbem noſtram voluntate vel abſentem amate, veſtris ſtudijs fouete, atq; animum facite ad maiora, ad meliora.

Genuæ, ipſa Nouembris prima, DD. omnibus dicata, ac propterea auſpicatiſſima, matutina luce.

M. DC. XXXIX.

IACOBVS VECTIANVS
ORNATISS. VIRO
GEORGIO GABBIO
S. P. D.

EN *ad te, mi Georgi, quotquot apud me extabant; quotquot abs te miſſa ſunt, noſtratium Poëtarum carmina, in vnum, vt vides, Volumen collecta.* Ordinem *temporũ vel annorum potius, etſi fortaſſe non vbiq; ſecutus ſum. Et ſane, vt videre eſt; vnum Boiardum ſi excipias; Crotus, Rugerius, Marcellus, Ludouicus Iunior Pariſetus, eodem propemodum tempore floruerunt, ſæculo videlicet ſuperiore: reliquos ipſi penè cognouimus, ego certè & aliquos non modò ſum allocutus Denalium, Bombaſium,*

Boſium,

Boſium; ſed & cum his poſtremis duobus, vt noſti, familiariter verſatus: vt Moram taceam, acutiſſimi Iuuenem ingenij; quem heu nimis citò amiſimus! qui & meus fuit in amœnioribus literis diſciplinæ alumnus. Habes igitur; quod volebas, quod flagitabas; doctiſſimorum, & qui ex noſtris fuerunt, niſi iudicio fallor, præſtantiſſimorum Vatum limatiſſimas lucubrationes, vel hoc, quod talium acerrimus cenſor ſcriptionum eſt, ſæculo dignas. Tu, an apud te habeas, an in publicam lucem emittas, pro tua prudentia cogitabis. Quod enim ego tibi munus, ex tua quoque induſtria, aliquo meo cum labore cõcinnatũ offero, ita tui iuris factum ſtatuo, vt de illo cogitare quidquã

amplius

amplius ne velim quidem. Quòd ſi tamen; ad editionem quod attinet; & calculum meũ exoptas, en candidum affero, ſed, quod poſſum, vnum, & fortaſſe non candidi iudicij, candidiſſimi tamen pectoris ſuffragium. Tu ab alijs & doctioribus, & huiuſce artis peritioribus puncta require: omnia enim fortaſſe feres, ſi tamen Venuſino credimus affirmanti:

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci,
Lectorem delectãdo, pariterq; monẽdo.

Noſtri enim faciunt aut omnes, aut plerique, aut plerunque.

Vale. ex Caſale Maiori 5. Kal. Martij. 1638.

IO. BAPTISTÆ ALBERTI
C. R. S.
AD
IACOBVM VECTIANVM.

QVAE Patriæ Illuſtres olī cecinere Poëtę
Colligis, ac profers carmina digna typis.
Ad vitam è tumulo ſic illos erigis, atq;
Illorum laudes efficis eſſe tuas.
Scilicet hoc verum Vectiane eſt viuere, vitam
Poſſe alijs veram tradere, poſſe ſibi.

Pauca hæc, quæ neſcio meane, an Typographi, an vtriuſq; negligentia irrepſerunt,

ERRATA SIC CORRIGE.

*P*Ag. 3. *l.* 2. *hic*	*Pag.* 3. *l.* 2. *his.*
l. 16. *Littera*	*Littora.*
18. *l.* 26. *Immitis*	*Immites.*
31. *l.* 2. *Epitro.*	*Epiro.*
48. *l.* 17. *tanden.*	*Tandem.*
52. *l.* 28. *Diffiſa.*	*Diffiſſa.*
67. *l.* 20. *Erũnis.*	*Ærumnis.*
72. *l.* 6. *Longi.*	*Longis.*
82. *l.* 21. *Alciden.*	*Alcidem.*
89. *l.* 12. *Ab hinc.*	*Ad hos.*
104. *l.* 20. *Facto.*	*Fato.*
109. *l.* 28. *Maror.*	*Moror.*
112. *l.* 12. *Salomone*	*Salmone.*
119. *l.* 18. *Ad*	*At.*
134. *l.* 28. *S.*	*Sed.*
142. *l.* 1. *Rictus.*	*Strictus.*
148. *l.* 2. *Inſtraſtis*	*Intraſtis.*
169. *l.* 18. *Pericula*	*Pericla.*
171. *l.* 18. *Nauem*	*Ratem.*
173. *l.* 25. *Threycius*	*Threicius.*
182. *l.* 2. *Iunctaq;*	*Iunctaq;*
183. *l.* 27. *Noctis*	*Noctes.*
190. *l.* 16. *Emblema*	*Emblema.*

Alia quædam minutiora, nempe aliquot litterulas inuerſas, puncta, commata, aut prætermiſſa, aut perperã appoſita, & quæ huiuſmodi ſũt, quæ ſcio pauca ſunt, tu amice Lector tibi corrige, aut neglige. & beae Vale.

INDEX

Eorum Auctorum, qui ad hoc Volumen conficiẽdum aliquam veluti ſymbolam dederunt.

MAtthæus Marius Boiardus. Pag. 1.
Bartholomæus Crotus. 30.
Raphaël Iuſtinæus. 40.
Ludouicus Pariſetus Iunior. 42.
Sebaſtianus Corradus. 75.
Cæcilius Lanceus. 87.
Franciſcus Martellus. 91. 179.
Iulius Pariſetus. 95.
Io. Baptiſta Pariſetus. 100.
Dionyſius Rugerius. 114.
Franciſcus Denalius. 143.
Camillus Boſius. 151.
Aſdrubal Bombaſius. 154.
Io. Antonius Mora. 184.

MATTHÆI MARII BOIARDI SCANDIANI COMITIS

BVCOLICA.

ECLOGA PRIMA.

Pan. Pœman.

Pan. SVM Deus, & nemorum cuſtos: mea Numina ſeruant
Mænalus, & viridi celeberrima ſilua Lyæi,
Et iuga frondoſis Nonatria conſita plantis.
Liquimus Arcadiam; namq; illic dulcia rũpũt
Carmina diuerſo crepitantia tympana cantu:
Tum Scytha paſcentes per florea rura capellas
Abſtrahit, & Dominos; viduantur paſcua dulci
Carmine, & abductis iã ſquallẽt arua iuuencis;
Ilicet exoſi ſtrepitus, & triſtia bella:
Vidimus, ancipiti quæ quondam ſubdita Iano,
Paſcua, & ad notas iamdudum Tibridis vndas
Fleuimus: hic olim, teneros dũ Tityrus hœdos
Colligit, arguta cecinit mea carmina cantu
Montibus Auſonijs: ſed, dũ cupit aſpera Martis
Prælia, & ingenti ſordentes puluere turmas
Dicere, deſerui calamos, ceu Strymonis vndas
Poe. *Sic tua Partheniæ venerentur numina Nymphæ,*

Frigidaq; Arcadiæ regio: ſic turgida puri
Flumina Ladonis, veneretur & arduus Azan;
Maxime Paſtorum cuſtos (te cedere fas eſt)
Maius ab æthereo numen, mihi miſſus Olimpo
Inclitus Alcides: Illi mea munera ſunt hæc,
Candida purpureum variantia poma colorem.
Illum ego ſeu calamis, liquido ſeu gutture ludã,
Laudibus exornans meritis, ſuper æthera tollo;
Sit licet ille tuo cantari carmine dignus,
Nec mea Sicanios moduletur tibia cantus.
Pan. *Cedimus, & ſolo ſuperari nomine fas me*
Herculis: hoc etenim ſiluas, & paſcua nomen
Iampridem impleuit. fortiſſima colla Leonis
Fregit, & Antæum fatalibus abſtulit aruis.
Nil iuuat æripedẽ Ceruã fuga; nil iuuat Hidrã
Creſcere. Quid referam Cretæi cornua tauri
Fracta? Quid Heſperių felicia poma draconis,
Totq; ſub Herculeo pacatas robore terras?
Pœm. *Hic nouus Alcides patrijs nõ degener actis,*
Rettulit Herculeum meritis & nomine nomen,
Qui licet Eſtenſi ſit natus ſanguine, & altis
Inclita maiorum decorentur geſta trophæis;
Non tamẽ huic quiſquam ſeſe generoſus Auorũ
Conferet, ille licet redeat, qui cuſpide Mauros
Perculit audaces, Hiſpanaq; contudit arma.
At noua preclari canerem ſi Principis acta,
Horrida paſcentes turbarent claſſica Tauros.
Pan. *Tradimus hos igitur calamos, quibus addere ſenſus*
Mentibus, & rigidis poteris dare pectora ſaxis.
Thracius

Thracius his Getico deduxit vertice ſiluas
Orpheus; hic Siculi celeberrima carmina Vatis
Fluminà præcipiti tenuerunt concita curſu.
Pæm. *Quæ tibi tā caro reddā pro munere? quæuā*
Thura, vel Eois naſcentia cynnama campis,
Reddere ſufficiant tali pro munere grates?
Te tamē hoc vnū, ſuper omnia, Diue rogamus;
(Quo ſine quid proſunt oblatæ dona cicutæ?
Vt comes interea venias, dum ludere primo
Carmine, & incipiā leuibus dare ſibila cannis.
Pan. *Incipe; vicinā comites via ducet ad vrbē.*
Pæm. *Dicite Naïades Nymphæ, ſi forte p agros*
Obuius Alcidēs fuerit: nam ferreus ille
Liquit, & vmbroſis pauidā me credidit antris.
Dicite; ſic nitidi fontes, & flumina circum
Errent, ac muti ſaliant prope littera piſces.
Quid fugis in caſſū? Nō te mihi turbida ripis
Flumina, non totis rapient cum montibus alpes.
Me fugis immitis, Puerū per ſaxa, per vndas,
Per iuga, per ſaltus quæ te malè ſana requiro?
Nec tamen aut fuſco tibi ſum male grata colore,
Nec niger incompto dependet vertice crinis.
At quid forma iuuat, ſi te, mea ſola voluptas,
Non libet hac mecum pariter conſidere ripa?
Huc ades; hic liquidi labuntur fluminis vndæ;
Et viret aprico genialis gramine campus.
Aſpice, formoſæ circumſtant littora pinus,
Blandaq́ ſubmiſſis aſpirat flatibus aura.
Credimus? An totis facies infixa medullis
Herculis eludit? meus, en meus aduenit ille.

Pa. *Ardua marmoreo iãdudũ culmine Turris*
Cernitur; hæc Mutina eſt; ingẽtia reſpice Pœmã
Mœniaq́, & pinnas, & culmina celſa domorũ.
Pam. *Cernimus, atq́, alias nõ vnas vidimus arces,*
Et tamen hanc nunquam me ſors mea duxit ad vrbem,
Nec notum, Herculeo radiet quà Regia tecto.
Pa. *Dicã ego; tu memori quæ dicã mẽte repone:*
Proxima vicini cùm primùm culmina pontis
Liqueris, hæc recto ducet te ſemita curſu;
Crux tibi quadriuio donec ſe ſe ardua campo
Offeret: hinc læua tandem ſe parte verendi
Herculis Aula tibi, celebrataque tecta patebũt.
Iam ſatis, ac nimium tenuerunt verba; timendum eſt,
Candida ne æratæ claudantur limina portæ.

ECLOGA II.
Mœris. Bargus.

VRebat iuuenẽ Mœrim formoſa Cytheris:
Ardebat roſeam iuuenis Philotida Bargus;
Docti ambo calamis, & cantu doctus vterque;
Aſſueti verſus, alternaq́, carmina ſemper
Dicere, & vrentes pectus depromere flãmas.
Cumq́, pruinoſæ noctis rareſceret vmbra,
Purus & innumeris ſplẽdeſceret ignibus æther,
Hæc Mœris viridi de ceſpite carmina fudit.
Mœr. *Frigida ſomniferæ iã cedent tẽpora noctis,*
Feruidus & roſeo radiabit lumine Titan:

Iamq́,

Iamq́, erit, vt carã liceat mihi viſere Nymphã.
Abdere quid ceſſas rorantia Lucifer aſtra?
O benè candenti certantia colla liguſtro!
O benè ſideribus certantia lumina puris!
At vos, Phryxæi vincentes vellera Capri,
Per caput ò crines, per candida colla decori;
En erit, vt veſtro paſcã mea lumina viſu?
Abdere quid ceſſas rorantia Lucifer aſtra?
Exere formoſos Sol formoſiſſime currus,
Exere: ſic virides lauri tua lucida ſemper,
Et iubar, & longi circumdent tempora crines.
Purpureum iam tolle caput: mea vota mora. is.
Abdere quid ceſſas rorantia Lucifer aſtra?
Qui potuit flauã Iuuenis vidiſſe Cytherim,
Et non extremis flagrantia tela medullis
Sentit, & inſolitos non pectore concipit ignes;
Alpinas idem glacies, & frigora nudus
Tranſeat, & rapidi fulget cum Stella Leonis;
Apula ſollicito tranſmittat paſcua curſu.
Paullatim fugiunt tenebræ, lux proxima ſurgit.
Abdere quid ceſſas rorantia Lucifer aſtra?
Cum ſubit in mentem Maijs quæ verba Calendis
Dixeris, & iũcta dederis quæ fœdera dextra,
Ardua ſtellati videor mihi culmina Cæli
Tangere, & elato ſublimẽ vertice Olimpum.
Cum rurſus video, quali te lumine ſpectet,
Quodq́, dolet; quali ſpectetur lumine Lynces,
Mens abit: hanc roſeo reddent tua lumina vultu.
Abdere quid ceſſas rorantia Lucifer aſtra?
Proxima cumprimũ ſe lux dabit aurea terris;

Inuiſum multo pellemus munere Lyncen.
Sunt gemini varijs præſtantes pellibus hædi,
Munera formoſæ dudum ſeruata Puellæ.
Sūt grege de niueo tenuiſſima vellera, & agnus,
Mollia nigranti veſtitus tergora lana.
Roſcida venturo vaneſcunt ſidera Phœbo,
Teſtaturq́; diem cantu criſtata Volucris.
Integrat en mœſtis cantus Philomela querelis,
Et lepus, & pauidæ petiere cubilia Damæ.
Abdidit exoriens rorantia Lucifer aſtra.
Sic Mœris; Situla at rapido de flumine Bargus
Protinus hoc ſequitur fugientia ſidera cantu.
Barg. *Cōquerar in tenera pręcordia dura Puella:*
Quantaque laudatæ ſit vana ſuperbia frontis,
Luſerit & quoties pereuntem perfida, dicam.
Audiet hæc Superum Genitor, ſi talia curat.
Si tibi Riphæis certantia colla pruinis
Dant animos; ſi te geminum tua lumina ſidus;
Si tollunt flaui, tenuiſſima fila, capilli;
Hiſq́; ego diſſimiles longè tibi viſus, & impar,
Fallere me ficto quid te iuuat improba vultu?
Audiet hæc Superum Genitor, ſi talia curat:
Quod ſi forte meæ nil tangunt tædia mortis,
Te propter moriar: famā at male ſana ſequacē
Te timuiſſe decet. crudelem cuncta loquentur
Secula, crudelem Tellus, & Pontus, & aër.
Audiet hæc Superum Genitor, ſi talia curat.
Ah formoſa ſilex, ah durum pectore marmor!
Ipſa vides noſtris flammas errare medullis;
Noſtra vides quāto populentur viſcera ab igne,

Nec

Nec tamẽ ipſa doles? morti aſt me ferrea tradis?
Ibo, & quà gelidi tolluntur ſaxa Phanani,
Dulcibus immoriar lacrymis, & robore querno
Incumbens; ſolis prodam mea vulnera ſiluis.
Audiet hæc Superum Genitor, ſi talia curat.
Cum menti ſubeunt, quæ quõdam perfida nobis
Dixiſti; in viridi naſcentur palmite glandes,
Vina dabũt quercus, cum te mea vita relinquã;
Mens fugit; & ſaxũ ſublimi in vertice malim
Eſſe rude, immenſos quàm tot perferre dolores.
Heccine iurati dederas quæ pignora amoris?
Et Superi teſtes? & quæ mihi plurima ſeruo?
Audiet hæc Superum Genitor, ſi talia curat.
Eſt mihi, quem dederas olim; cũ candida fulſit
Illa dies; textus ſtipula flauente Galerus,
Atq; auido ingentes ſtimulos fixura dolori
Serpilla & Violæ, fuluis religata capillis.
His ego necquicquam fletus, lamẽtaq; fundam;
Audiet hæc Superum Genitor, ſi talia curat.
Audiet hæc pietas, ſi qua eſt, & põtus, & æther,
Fluminaq; & montes, atque omnis dædala tellus.
Audiet hæc, primo qui nunc aperitur eoo,
Phæbus, & ardentes iunxit quæ Aurora iugales,
Fulgentem roſeo faciem ſuffuſa colore.
Sed quid ego, ah, demẽs cæleſtia ſidera tundo?
Audijt hæc Superum Genitor, nec talia curat.

ECLOGA III.

ORPHEVS.

SI mea laſciuis, Princeps Inuicte, Thalia
Carminibus ſtridẽs caſtas tibi verberat aures.
Da veniam: primis tibi talia ludimus annis,
Dum faciles verſus, & mollia verba canentem
Oblectant, blando dum mens torquetur amore.
Tempus erit, cum Te victricia ſigna gerentem
Noſtra triumphali celebrabunt carmina cantu:
At nũc cœpta ſequar. Crudelia numina Nymphę
Formoſum nitidis puerum rapuere ſub antris,
Qui comes Alcidæ fatales ire per vndas
Auſus erat, timidos fluctus cum finderet Argo.
Abreptum clari Proceres fleuere, ſed omnes
Ante alios magno ploratus ab Hercule fertur.
Non illum comites, non illum blandus Iaſon,
Eruere inde valent, ſolitoq; auertere luctu.
Nam gemit, & carum deiecto perditus ore
Clamat Hylã, & mœſtis expoſcit vocibus Hylã.
Quin etiam pharetras, & torui magna Leonis
Tegmina, & horrentis fortiſſima robora clauæ
Fregiſſe, & fluctu referunt mandaſſe marino.
Quas non blanditias, quæ non ſolamina dixit
Threicius Vates, moturaq; verba Leænas?
Ille etiam dulci pereuntem flectere cantu
Nixus, & impulſis lacrymas expellere chordis:
Sed neque Pierij cantus, nec carmina flentem
Vlla mouẽt: quanquã Zephyris ſpirãtibus æquor
Conſtitit, & fixo ſtupuerunt æquore venti:

Egelidis quanquam torpentia ſaxa pruinis,
Dulciaq́; arguti ſenſerunt carmina montes:
Securas placidi capreas fouere Leones,
Et trepidæ medio volucres hæſere volatu:
Ille Eſtenſe Decus, patriæ non inſcius artis,
Venturoſq́; dies, & ſecula noſtra canebat.
Quid gemis, Alcide, dixit? Tua nomina tellus
Audiet, argoo nondum religata rudente.
Te gelidi rapto memorabunt vellere Colchi;
Torrida te Lybie rapto Buſiride, & olim
Paſtor ab edomito diues remeabis Ibero.
Adde, quod hoc nomen ſe ſe fortiſſimus Heros
Induet, armato cui non impune ſuperbus
Occurrat Mauors, cui non Lædeus ouanti
Certet equis Caſtor, celeri nec Delia curſu.
Felices populi, felicia tempora! vobis
Delicium humanæ ſeruarunt ſidera gentis,
Illi præcipuas certabunt addere dotes
Concordes Parcæ: non illum pulcher Apollo
Exuperet forma, docto non pectore Pallas.
Illius & variæ veſtigia lambere lynces
Cogentur, domituſq́; Virum venerabitur orbis:
Terribili ille licet claua, ſpolioq́; Leonis,
Lernæo & careat ſaturata felle pharetra. (ſus
Naſcere magna Ducis ſoboles, quo Principe rur-
Herculis Heſperiæ celebrabunt nomina gentes.
Naſcere, namq́; tibi plaudet Iouis armiger alis;
Et dabit ingentes Regno ſuperaddere terras:
Non etenim antiqui ſtrepitanti flumine cincta
Arua Padi, nec te niueis concreta pruinis.

Ardentem gelidi capient dumeta Lunati;
Nec latus Adriaco pulſatum turbine, nec quæ
Frigida ſaxoſas perſtringit Lentia ripas.
Gaude igitur felix, tantum geniture Nepotem,
Alcide, raptumq́; ſuis concede Napæis
Tandẽ ſanus Hylã. Quid flẽtia lumina torques?
Altaq́; laxato ſuſpiria pectore ducis?
Tu ne ille immenſo, cuius ſub robore quondam
Concidit Argiui populatrix bellua ſaltus?
Cuius terrigenæ vultum tremuere gigantes?
Antæuſq́; Libys? muliebri inſiſtere luctu
Sit pudor, & tenero tantũm indulſiſſe dolori.
Orpheus hæc olim: ſed nunc mihi carmine vero
Cantandus venis. Linquam virgulta Lycæi,
Et nemus, & pecudes. Teq́; horrida bella gerentẽ
Dicam, ſeu puero propior certare duello
Auſus es ancipiti, cum te Pandonius Heros
Robore confiſus nimio, confiſus & annis
Liquit, & obuerſis conuertit terga lupatis,
Cornipedem crebris pauidum calcaribus vrgẽs.
Seu; cũ ludus erat Iuuenũ percurrere in haſtis,
Ingentem vt tuleris ingenti robore remum,
Tollere quem poterant nixi vix vnus & alter.
Parthenope hoc vidit, populi videre, ducesque,
Illeq́; ab Herculeo ſignatur nomine Remus. (tẽ
Magna quidẽ sũt hæc, Iuuenis ſed facta: quid au-
Cũ Vir, cũ Ductor Siculos, Calabrumq́; fugacẽ
Disijcis, & viſo trepidant adamante cohortes
Aragonum? cum Rex Caſtris, Sarnoq́; relictis
Apula veloci tranſmiſit paſcua curſu.

Iſta

Iſta canam, vel quæ geſtis maiora parantur
Geſta tibi: ingentes (aderint ſi bella) triũphos
Auguror: auguriũ nõ hoc mihi pandit Apollo,
Nec vaga Cyrrheo Vates ſecluſa ſub antro:
Sed tua iam cælo, & terris benè cognita Virtus.
Intereà has ſtabulis pergam mandare capellas,
Quandò vmbræ ingentes, nec tutũ degere ſilvis
Luce ſub extrema; ne forte aut turba Luporũ
Ingruat, aut imbres ſubiti: cras altera reddam
Munera: maiori cantandus carmine ſurgis.

ECLOGA IV.

Tityrus. Lyncas. Bargus.

Tityr. *VOS eritis ſilvæ teſtes, vos flumina, voſque*
Numina ſilvarum, tuq; ò clariſſime Titan;
Vos eritis teſtes, mortem quòd demorer vltrà
Inuitus, pigeat triſtem quòd ducere vitam;
Namq; meum ſidus poſtq; fera fata tulerunt,
Philiroemq; meis oculis ſpectare negatum,
Viuere quid libeat? Quid tantis tundere cælum
Amplius alloquijs, immotaq; Numina pdeſt?
Lyn. *Quale ſonat dulci Turtur viduata marito*
Carmen, & aëriæ celſo de vertice quercus,
Argutos iterat queſtus, & flebile cantat:
Tale ſub aduerſo cecinit modò conditus antro
Tityrus, & caram mœrens abijſſe puellam,
Crudeles Superos, crudelia Sidera dicit.
Hoc, ſi forte placet, poſiti ſub ceſpite, Barge,

Aſpera ſollicita diſcamus vulnera mentis.
Barg. Quis Deus optāti, quis te mihi, Tityre, caſus
Obtulit! arrident noſtris bona Numina votis.
Siſte gradus, Lynca, non me Rhodopeïus æquè
Detineat Vates, non me vocalis Arion,
Carmina mirantem ſolitus Delphina mouere.
Tit. Felix, qui cara pariter comitante puella,
Tartareas ſedes, nigriq; Acheruntis ad vndam
Deſcendit: gratos non illum cernere vultus
Infernæ prohibent leges; non ille dolore
Angitur aſſiduo, nec mortem perditus orat.
Quid nō eſſe velit? pecudes ſua gramina paſcūt;
Læta ſaginatus iacet ad præſepia Taurus:
Libera per campos, curiſq; ſoluta vagatur
Cerua, & aues vacuū volitāt per inane: marinos
Per fluctus placidi ludunt, per flumina piſces.
At me durus Amor; rubro ſeu littore Phœbus
Tollitur, heſperijs ſeu idem conditur oris;
Vrget, & in noſtro fixi ſtant pectore vultus,
Et flaui crines, & candida colla Puellæ.
Illam ego per ſiluas, illam per ſaxa, niueſque
Aſpicio. ah puris quoties offertur in vndis?
Mōtibus ah quoties, viridiq; ſub arboris vmbra?
Lyn. Barge, quid Aonijs cantaret blādius antris
Dircæus Vates, acri ſeu captus amore
Mulceret tenues modulatis verſibus auras;
Seu vulſas rupes, & grandia carmine ſaxa
Duceret, ac tremulis montana cacumina ſiluis?
Deſine mirari: pulchram ſi fata dediſſent (ce
Philiroēm adſpicere, effluerēt tibi carmina Lyn-

Tigribus,

Tigribus, & toruis lacrymas motura Leænis.
Ti. *Quid iuuat in terris ablata degere vita,*
Semper & aſſiduis ſuperos laſſare querelis?
Poſtquã dulce nihil ſperant mea lumina, poſtquã
Lux mea luce caret; fortes agitare palaſtras
Odimus, & trepidis pedicas componere Ceruis:
Nec nos Pierij cantus, nec carmina, nec nos
Oblectant agiles per florea rura choreæ;
Quæquè olim fuerant animo gratiſſima noſtro,
Iam ſordent: vacuos per paſcua longa receſſus
Quærimus, & pauidis pendentia ſaxa ruinis.
Ite procul pecudes, procul hinc mea cura capellæ:
Solus ego ad ſolos gemitus effundere montes
Vadam. Si lacrymis inſanus deſinat ardor,
Me iubar exoriens, me ſidera cuncta gementẽ
Aſpicient, hyemis ſeu frigora dura ruentem
Taxiniam ſiſtent, ſeu torrida ſuxerit æſtas.
Demens, qui lacrymis crudeles cedere Parcas
Credis! Threicij non ſi tibi carmina vatis,
Carminib. valeas optatam accerſere mortem:
Vos montes potius, potius miſereſcite rupes,
Obruite hunc miſerum, tantiſq; exoluite curis:
Sed quid ego incaſſũ ſurdis mea carmina fũdo
Rupibus? inſanos tollet mors vna dolores.
Pronus ab excelſis ſubiecta in flumina ſaxis
Deferar, inq; imo ſubmerſum turbida fundo
Vnda teget Situlæ. Tu noſtri cauſa doloris
Nympha Vale: pecudes, ſaltus, armẽta Valete.
Barg. *Surgamus, ne forte dolor iã ſæuius vrgens,*
Præcipites ſaxis artus dare cogat amantem.

Tityre,

Ly. *Tityre, quid ſola tecum ſub rupe volutas?*
Quid tantũ lacrymis Diuoſq; Hominesq; laceſſis?
Quis tibi finis erit? Viuentia lumina pacem
Abſtulerant, eadem pacem tibi mortua demunt.
Sit pudor, inſano tantum indulgere labori.
Ti. *Iamdudum, Linca, perij, cùm candida cælũ*
Philoroë ſubijt: miſerum nunc perdere mens eſt
Corpus, et ablatæ comitẽ me adiũgere Nymphæ.
Bar. *Ah, quid ais? Te tantũ ergo rapit impro-*
bus ardor?
Quæ tibi cauſa necis? nũ quod tua maxima cura
Philiroë perijt? lætari Tityre debes,
Illa quòd & superũ numen formoſa Deorum
Adſpicit, & flentem cælo te mæret ab alto.
Ti. *Scimus, & hæc animo iamdudum, Barge, videmus*
Omnia; ſed dulces quoniam me cernere vultus
Dij prohibent, rurſus flagranti in pectore curæ
Ardentes ſubeunt, damnatæ & tædia vitæ:
Morte mori certũ eſt. Barg. Sed lõge triſtius illa.
Eſt aliquid: ſonti ſcelerum tibi cernere diras
Vltrices dabitur, non quæ cupis ora puellæ.
Quin potius placidis meeum ſecede ſub vmbris,
Philiroëm que tuã meritis tollemus ad aſtra
Laudibus: alterno reſonabunt carmine Valles.
Ti. *Perge, ſequar: forsã melior fortuna paratur.*

ECLOGA. V.

Pœman. Hercules. Siluanus.

Pœm. *Alter ab Arcadia, Siculis de montibus alter*
Venimus, Alcide, quò dudum nominis vſque
Fama tui venit. Placidas ne cantibus aures
Te pigeat præbere: dabunt hæc carmina forsã
Nomen in extremis victurum finibus olim.
Sic & Dardanij Iuuenes, & pulcher Adonis
Ignotos inter ſaltus, & paſcua noti.
Accipe nos igitur, Princeps inuicte, paratos
Verſibus, & dulci pariter contendere cantu.
Sic tua Te virtus, & dextræ inſignia fortis
Æternum terris ſeruent: ſic aurea nobis
Sæcula, & innocui vigeant, te Principe, mores.
Her. *Quin agite, & viridi mecũ cõſidite in herba,*
Et varios inter flores alterna ciete
Carmina; tuq; prior, primùm mihi cognite, Pœmã
Incipe; carminibus totidem Siluane ſequeris.
Pœm. *Horrida diffugiunt glacialis tẽpora brumę,*
Et niuibus poſitis placidi miteſcere montes
Incipiunt; incipiam pariter cantare Cytherim.
Silu. *Seu ver florigerũ, ſeu torrida venerit æſtas,*
Siue erit Autũnus, Hyemis ſiue frigora, sẽper
Diceris noſtris Cardelia verſibus, & te
Silueſtres referent à noſtro carmine Picæ.
Pœm. *Solibus hybernis, æſtiua blandior vmbra,*
Blãdior his vndis, & dulci blãdior aura, (tur?
Huc ades ò mea cura: quid eſt, quod ſilua more-
Illa

Illa riget dumis, viridestenet illa colubros:
Sil. *Rupibus aſperior, ventoſa ſurdior vnda,*
Et leuibus folijs, volucriq́; incertior Euro,
Quid tam lenta venis? Quid enim eſt, quod ſil-
ua, moretur.
Illa tenet colubros, duris riget illa rubetis.
Tam. *Hic niuei flores, croceis variãtibus, adsũt:*
Hic vmbra tenues, quas frondea proijcit arbor.
Et puri fontes, & gramina læta Cytheri.
O vtinam hic libeat mecum tibi ducere vitam!
Sil. *Tecum ego dumoſos colles, & terga niuoſæ*
Alpis, & abrupta quà pendet rupe Phananum,
Quaq; magis rigidi conſurgunt ſaxa Lonati,
Tecũ ego deſertas colerẽ, Cardelia, ſiluas.
Tam. *Quæ iuga, qui colles, qui vos tenuere receſ-*
(ſus,
Dicite Hamadriades, ſuperis cũ ceſſit ab oris,
Candida Philiroë: lacrymis rorare ſupremos
Ite piæ cineres, & dona nouiſſima ferte.
Sil. *Fleuerũt mœſtæ crudelia funera Nymphæ*
Philiroës: tumulum lacrymis ſparſere, roſiſq́;
Et ferrugineas violas, & candida circum
Lilia, purpureoſq; piæ poſuere Hyacinthos.
Tam. *Diligit & verſus, & carmina noſtra Cythe-*
(ris:
Nam modò cũ canerem, cantus laſciua notabat,
Spectari & cupiens corylos agitabat, & inde
Viſa ſub vmbroſis latitabat pendula ramis.
Sil. *At mea me ſolum ſpirat Cardelia, ſolum*
Ardet: nam leuibus quoties per plana veredis
Auritos agito lepores, aut retia ſeruo,
Hæc furtim ſequitur venantẽ, & ſedula ſeruat;

Quid

Pam. *Quid non cogit amor? Tūc dicere carmina primùm*
Cœpimus, & primùm meditatos fūdere verſus.
Ille dedit cantus nobis, artemq; loquendi
Caſtalijs melior Nymphis, & Apolline maior.
Sil. *Primus amor docuit varias cōponere voces,*
Et dare diſparibus reſonantia verba cicutis;
Primus & inſuetos querulo de gutture cantus
Duxit, & argutas docuit cantare volucres.
Pam. *Paſtores auidas fluuio prohibete capellas,*
Atque arcete procul pecudes; mala vipera ripas
Incolit; ah miſeris ne forte occurrat, & atros
Adijciat morſus, & triſtia vincula nectat.
Sil. *Huc pueri cohibete greges, vbi plurima ſurgunt*
Gramina, & horrenti pecudes defendit ab Euro
Collis, & Herculeo tuti ſub nomine ſaltus,
Vllas nec metuunt peſtes, nec bella Luporum.
Pam. *Hic æſtu pereūt fōtes, ſine gramine tellus*
Triſtis, inerſq; iacet: morbo periere capellæ,
Et ſteriles raris reſonant mūgitibus agri,
Vt nouus Alcides noſtris diſceſſit ab oris.
Sil. *Piniferi elato lætantur vertice montes;*
Lætantur ſiluæ, varios lætiſſima tellus
Effundit flores: gaudent volucreſq; feræq;
Herculis aduentu, gaudent armenta, pecuſq;
Mer. *Iā ſatis alterno certatum carmine, iam nox*
Nigra ſubit: grates vobis perſoluere dignas
Eſt animus: paribus certantes verſibus ambos
Ex æquo, parilis donandos munere duco.

Accipite

Accipite hos igitur Corſa de matre gemellos;
Pugnaces catulos: fures, turbamq; Luporum
Nocte ſub obſcura tuti temnetis, & iidem
Per ſiluas comites, perq; horrida ſaxa fugacẽ
Latratu Capream laqueos incurrere cogent.
Dam. *Dij tibi pro nobis, quæ nos nõ poſſumus, ipſi*
Reddant. Sed tenues ſi quid cantare cicutæ
Hæ poterunt, totis, Princeps, celebrabere ſiluis.
Te fluuij celeres, noſtriq; cacumina montis
Læta canent: nec tam vocali carmine Daphnis
Notus erit (quanq; formoſo nobilis ore
Fulgeat, & pueris nomen ſibi poſcat in aſtris)
Nec qui flauentes hædera cohibente capillos
Incedit curru, domitoq; inſignis eoo,
Ad iuga virgatas cohibet conſidere Tygres.
Sed iam crebra Polo collucent ſidera; eamus.

ECLOGA VI.

Tityrus Corydon.

Ti. DVlcia ſi quando nobis, nunc carmina Nymphæ
Dicite Pierides: nunc veſtris vocibus Æglem
Prodere, & arguto meditamur tollere cantu.
En mihi turbati ſiluerunt murmura Ponti,
Horridaq; immitis poſuerunt ſibila venti.
Cor. *Quà te cantantẽ, quò te via ducit euntem*
Tityre? ni pigeat comitis, cantabimus ambo.
Ti. *Quàm mihi gratus ades Corydon! te nuper amœnas*

Quæ

Quæſitum ad ripas Situlæ, iam linquere ſaltus
Dilectos dudum, dilectaq; carmina triſtes
Dixerunt Pueri: nunc quò tibi tēdere cura eſt?
Cor. *Hæc mihi, quæ geritur viridi ſub tegmine Pica,*
Herculis auguſtum didicit iam prodere nomen,
Innumeroſq; canit duro ſub rege labores.
Hāc Domino ferimus, Domino qui ſolus honores
Herculis egregios, & nomina vera meretur.
Tit. *Felices pueri, quibus hoc ſub Principe tuta*
Arua iacent: non vos ſinuoſo vipera tractu
Alligat, aut torui violentia dira Leonis
Exagitat trepidos: non vos rapit atra Luporum
Ingluuies; tuti tendent ſua prata iuuenci,
Et tutæ paſſim fontes, & flumina circum
Paſcuntur pecudes, & gramina læta capellæ.
Vos quoq; blāda quies, viridiq; ſub arbore ſomnus
Detinet ad placidas vicini fluminis vndas,
Alite ſub niuea, magno quę ſola Tonanti
Fertq; refertq; faces, & turbida fulmina portat.
Et Deus Herculeo tutatur nomine campos;
Nec triſtes acies, nec prælia dura timetis.
Cor. *Non aliàs virides maiori pondere ramos*
Grandia ſuppoſitis traxerunt poma columnis:
Ante nec aut pecudes maiori candida partu
Pignora protulerunt, toties nec fœta capella
Herculis aduentu ſurgentia gramina campo
Creuerunt: placidæ placidis in mōtibus vmbræ.
Illi notus ego, nobis ſunt munera ab illo,
Tigridis exuuium, cinctumq; virentibus olim

Hoc

Hoc hæderis baculum, nunc geſtans aurea texta
Ti. *Magna dedit: nec tanti, Corydō, te muneris vnquàm*
Immemorem eſſe decet: nō ſi tibi longa dabūtur
Sæcula Cornicis, viuacis ſæcula Cerui.
Cor. *Tityre, tūc madido frōdebūt cana Decēbri*
Lilia, tunc gelidis rorabit nubidus ardens
Syrius, & tardi properabunt clauſtra Bootæ,
Cum meus ille meo labetur pectore Diuus.
Ti. *Si libet, hunc ambo pariter cantemus. & ille*
Me quoq; conſimili nexu conſtrinxit amoris,
Quantùm non hederæ vitē, non vitis amicam
Brachia fundentē, quæ circū amplectitur vlmū.
Cor. *Quid faciam? Princeps laudari dignus: at ingens*
Gloria, præcipuis iam dudum ornata triumphis,
Cū ſubit, imbelles trepidant noua pōdera Muſæ.
Ti. *Incipe, quæ quondam prima te luce canentē*
Senſimus, arguti gelida de rupe Capelli:
Plaudite Hamadriades, viridiq; ex arbore ſertū
Implicet errantes per candida colla capillos:
Nam meus Alcides patrias remeauit ad arces.
Plaudite: iucunda reſonent ſua littora plauſu.
Cor. *Non indigna petis; ſed nobis tēdere ad vrbē*
Eſt opus, et Domino ferre hæc munuſcula noſtro,
Nunc etiam medio Titan ſubuectus Olympo
Tollitur, & timeo, ne longis tempora deſint
Verſibus, aut nigra rumpantur carmina nocte:
Ti. *Eſt iter huc etiam nobis; nam poma, fauoſq;*
Hos Mutinā ferimus; tecū veniemus ad Vrbē:

Et

Et, quando iuuenes ambo, cantemus euntes.
Cor. *Cãtemus, cecini dudũ quæ carmina, dũ me*
Spectaret placido cantantem lumine Princeps.
Florida laſciui redierunt tempora veris,
Et frondoſa virent ſurgentis brachia ſiluæ,
Picta colorato variatur grandine tellus,
Puraq; deſertis decreſcunt flumina ripis.
Nunc decet vrgentes animi deponere curas,
Et comptum varia crinem cohibere corona,
Nunc decet ad feſtas iuuenem luſiſſe choreas.
Sparge roſam, & placidi veniant bona Numina Bacchi.
Vel quæ iamdudũ Nymphis modulata canebã,
Frigida quà celeris labuntur flumina Circæ:
Mollis amor blanda perfuſus membra quiete
Accubat, & placidum ſuſpirat naribus ignem.
Spicula nequicquam nullo cuſtode ſub alta
Fixa iacent pinu: celeres properate Napææ.
Ite ſimul roſeæ Dryades, rapite arma, ſuiſq;
Prælia temnentem Puerum configite telis.
Tit. *Dũ te rura tenẽt, Corydõ, tibi Numina fõtis*
Caſtalij varias vario de flore corollas
Texunt, & liquida laudant tua carmina voce.
Cor. *Quid faciã? ſemper ferulis cõponere vites,*
Semper & adiunctis componere vitibus vlmos,
Errantes pecudes longis ſeruare diebus
Et piget, & duro res vix toleranda labore eſt.
Sed pcul ad veteris videor mihi cõpita quercus
Cernere equos, equiteſq; en adſpicis? Ille ſuperbum

Comi-

Cornipedem vexans, cui ſplẽdet proxima Phœbo
Aurea cæſaries, cui dulcia lumina fulgent,
Ille Sigiſmundus Domini germanus. at ecce
Lux mea progreditur, ceu ſidere purior omni
Lucifer aurato depellit nubila vultu.
En vicinus adeſt: pariter properemus ad Illum.

ECLOGA VII.
Lytanor. Menalcas.

Lyt. Q*Vàm bene nunc dulci tenuis ſonat aura ſuſurro:*
Amnicolas inter ſalices, & frondea nutant
Virgulta, excelſoq; agitantur vertice pinus:
Quàm benè vicino reſpondent murmure ripæ;
Molliaq; argutos inuitant ſibila cantus.
Men. *Vera refers: vtinã comitẽ ſors cãdida Bargũ*
Adderet: huic parili certaret carmine contra
Tityrus, immotas ſolitus deducere quercus.
Lyt. *Quod cupis, id cupimus; prohibent ſed fata, Menalca;*
Alter enim circum pecudes, & pinguia circum
Armenta, oblitus nemorum, noctesq; dieſq;
Perditur. & tenues norunt ſua carmina lanæ:
Alter Hamadriades, & florida rura Licæi
Deſeruit, celſaſq; vagus dum fertur ad arces,
Ardentes acies, & Regum prœlia tentat.
Quandoquidẽ in ſiluis pudor eſt cõſidere doctos,
Armaq; vocales cupiunt horrenda Poëtæ:
Nos quibus ingeniũ, quib⁹ ardua verba, Lytanor
Defici-

Deficiunt, humili celebremus carmine ſiluas.
Incipe; ſic viridi conſurgant læta Veſeuo
Gramina, ſic pingues redeant cũ matribus agni,
Plenaq́ue fœcundis concreſcant vbera fœtis.
Men. *Incipiã; melior cantu meliora rependes.*
Poſtquam nulla meum pietas miſerata dolorẽ
Subuenit, extremo frondentes carmine ſiluas
Alloquar: hæ nullos ſolitæ contemnere queſtus.
Scitis enim quercus, celſoq; cacumine fagi,
Fraxineumq; nemus, viridantiſq; Ilicis arbor:
Scitis enim, quales gemitus, quæ carmina fudã,
Quamq; libens repetã ſignatum in cortice nomẽ.
Scitis, & vt totis flagrantem ſæua medullis
Rideat, & læto ſpectans incendia vultu
Improba, iuratoſq; Deos, & Numina temnat.
Poſt hac dulce nihil: ſemper mihi lumina fletu
Turgida, & extremo ſingultus pectore ducti.
Nil gelidi fontes, nil gramina læta, pecuſq,
Serpenteſue iuuant hederæ: non fluminis vnda,
Et virides circum ripæ: non roſcida ramis
Mala iuuant plenis, non flexi palmitis vmbræ.
Diſplicet hæc, querulos fundẽs mea tibia verſus:
Et vitam pariter, carmenq; exoſus, & artem,
Poſſe mori optarim, ni ſpes procul aurea nobis
Mutatoſq; deos, melioraq; pectora monſtret.
Lyc. *Nõ ita populeo madidus ſub vertice Mergus*
Lætatur nitido pennas oſtendere Phœbo:
Nec tantùm rapido Ceruus deprenſus ab æſtu
Nare per æquoreos fluctus, per flumina gaudet;
Quantùm ego diuino lætatus carmine, quo te
Siſtere

Siſtere crediderim fluuios, quo ducere montes,
Culte Puer: non hæc reddemus verba viciſſim,
Sed quocumq; modo noſtra hæc incōdita dicam.
Men. *Incipe, ſic nunquam fœtas variatus aſyllus*
Exagitet, pecoriq; tuo nec tabida peſtis
Ingruat, aut fato pereant vrgente capellæ.
Lyc. *Felices ripæ, fortunatiſſima puri*
Vnda lacus! veſtro candentia membra liquore
Perfudit, veſtris mea lux ſua corpora lymphis.
Hic poſuit greſſus; memini; iam nuda decoros,
Et niueis pedibus gaudentia gramina preſſit.
Nil reor in terris formoſius vlla tuliſſe
Secula, ſeu roſeam Chlorim, ſeu Phyllida iactet.
Aureus è cultu fulgebat vertice crinis,
Perq; humeros ludens, per cycnea colla volabat.
Alba genas, tenui leuiter ſuffuſa rubore,
Flectebat dulci radiantia lumina riſu:
Lumina, queis purus aſtrorum cederet ardor.
Pectora quid dicam, geminis decorata papillis?
Quid femur? aut niueo planū ſub pectore vētrē?
Brachia quo laudē, teretes quo carmine ſuras?
Poſthac triſte nihil ſperent mea lumina, iam ſe
Cernere: dumq; meo ſtabunt in pectore vultus
Formoſi (ſtabunt autem dum vita manebit)
Hoc nemus, hi mōtes, et erūt hęc flumina nobis
Sacra. nec intonſo tantum Parnaſſia rupes
Clara Deo colitur, nec tantùm grata Dianæ
Eurotæ Oebalij venerantur flumina Nymphæ!
Sic mihi felices ſeruēnt pia Numina curſus.
Hei mihi quàm vereor, cōſtās vt fixaq; in iiſdē

Legibus, aut vultu maneat fortuna ſereno.
Mon. *Digna ſatis tali quænam pro carmine dona*
Sperem poſſe dari? non tantùm roſcida prata
Mane placent pecori; nec tātùm ſalsa capellis
Gramina, non virides ſiluæ, non paſcua ceruis.
Hæc tamen, egregio quamuis indigna labore,
Munera habe: hęc calamo quondam mihi parta ſonanti
Pocula, maioris calamis ceſſura Poetæ,
Fagina, ſed torno docti laborata Comaſtis:
Herculis in medio fulgent inſignia noſtri;
Narciſſus bicolor, ſolidoq; adamāte reuinctus.
Lyc. *Quis queat egregijs culto cū carmine donis*
Condignos verſus, & munera digna referre?
Non, ſi cōpta Deus formet mihi carmina, nō ſi
Multa Tarentinos paſcat mihi bucula cāpos.
Hanc tamen, vt noſtri ſubeat te cura, Catellam
Accipe: dent Superi maius quodcunq; mereris.

ECLOGA VIII.
Bargus.

PAllida rorantes fugiebānt ſidera currus
Solis, & vmbroſæ cedebāt tēpora noctis.
Solus ego in ſiluis, quà proxima prata Capello
Vnda ſtrepit Situlæ, per deuia rura vagabar.
Ecce ſub aduerſa videor mihi carmina rupe
Audiſſe, Orpheis dicuntur qualia chordis
Exiſſe, aut dulci memoratur qualia cantu
Doctus Mænalijs Pan euoluiſſe ſub antris:

Accedo, vt clari pateat mihi carminis author.
Stabat Mithalij Bargus ſub vertice montis,
Mollia Pierio fundens modulamina verſu.
Circũ agiles ludũt Satyri, Nymphæq; decẽtes:
Auſcultant rigidæ nutanti vertice quercus;
Graminis oblitæ accipiunt & blanda iuuencæ
Carmina, et arguti quatiũt capita ardua mõtes.
Ille canit, duro genitam cùm robore prolem
Heſperiam, patrio pulſus Saturnus Olympo,
Accepit, moreſq; nouos, noua nomina fecit.
Sæcula tum Iano narrat regnata bifronti,
Et Saturnigenam maculoſo tegmine Picum
Reddit auẽ, et comites variarũ mõſtra ferarũ:
Et Diomedæos comites dat carpere purum
Aëra, queis niueis circundat corpora pennis.
Tum canit & doctas auſum irridere choreas
Nympharum, viridi cõcluſum cortice corpus
Paſtoris, triſti iam ſtirps oleagina ſucco.
Vertumnũq; canit, varias cui ſumere formas
Fas erat; huic & fas, placuit ſi, ponere ſũptas.
Et Samium canit ille ſenem, qua mente Deorũ
Nouerit affatus, vt totis obruta terris,
Callidus eruerit Naturæ arcana potentis.
Iungit & etruſcis præſago pectore glebis
Concreuiſſe Tagen, primus qui noſcere fibras
Cœperit, & dubios auium præſcire volatus:
Parrhaſioſq; refert equites, Herilũq; ſubactũ
Viribus Euandri, toties qui cuſpide fixus,
Et toties Stigio fuerit reuocatus ab amne.
Nec minus Iliacas acies, totamq; furenti

Heſpe-

Heſperiam bello præſtanti carmine miſcet.
Addit & Ideo prognatas vertice pinus
Nympharum ſpecie notum iam nare p æquor:
Adduntur gemini, Mauortia pignora, fratres,
Horrida villoſæ lambentes vbera matris.
Tum magis et docto Romanum carmine cātat
Nomen, & ancipiti iuſſos certare duello
Tergeminos iuuenes, diuerſiſq; acta quadrigis
Membra Ducis memorat: mox nomina clara Metellos;
Torquatoſq; refert; inſignis Marte Camillus
Additur, & clarum cui contulit Africa nomē.
Tandem grandiloquo Borſæas carmine laudes
Incipit: audito ſiluerunt nomine venti,
Turbidaque immoto ſtupuerūt flumina curſu.
Illius ad nomen flexere cacumina quercus,
Et proni intonſo nutarunt vertice montes.
Ille decus mirum formoſo in corpore cantat:
Ore Ioui vt ſimilis, vt Phœbo crinibus, vtq;
Brachia Threicij tulerit cum pectore Martis.
Nec minus vt prima quōdam flagrante iuuēta
Arma calens et equos, victricia ſigna Philippi
Cū tulit, oblatas Patriæq; vt ſumpſit habenas,
Vtque truci armorum ſtrepitu, lituiſq; ſonāte
Italia, & totæ fremerent cum prælia gentes
Vicinæ, placida populos in pace quietos
Continuit, procul hinc & triſtia reppulit arma.
Salue Eſtenſe decus, terrarum gloria Borſe,
Quo Duce ſideribus terras Aſtrea relictis
Incolit, & priſci rurſum quo Principe mores,

Aureaq́; æterni redierunt ocia veris.
Salue Eſtenſe Decus, ſub quo fulgentia tuti
Agmina, & horrendo neſcimus claſſica cantu.
Quid dicam, Herculeum merito cùm carmine nomen
Extulit, & claræ primos ab origine gentis
Ante canẽs Atauos, quales cũ ſancta ſubactis
Iura darent populis; quales cum prœlia duri
Martis, & euerſos agerent immaniter hoſtes.
Cum te tantorum caneret ſuperator Auorum
Alcide, & ſtricto celebraret carmine laudes
Egregias, tua facta canens: te viuida virtus,
Te vigor Herculeus, te formoſiſſima pulchri
Corporis effigies, & munera Palladis ornant.
Tu Calabrũ cuncos, Siculasq́; Inuicte phalãges
Eruis: haud olim puerum Pandonius Heros
Terruit, immani quãuis ſe corpore, & armis
Obtulerit, non te ſegnem ſenſere feroces
Ambraciæ populi, quãuis & flectere habenas,
Et iaculum excuſſo docti intorquere lacerto.
Non te dira lues, fului mala cura metalli,
Elatum tenues auraſq́, & ſidera ſupra
Extulit, æternumq́, dedit per ſęcula nomen.
Hæc memini, doctũ vario modulamine Bargũ
Fudiſſe, atq́, altos retuliſſe hæc carmina mõtes:
Oblataſq́; hederas, & Bacchica feſta canenti,
Et circum in munerum, manibus per mutua nexis,
Formoſas tenuem Dryadas duxiſſe choream,
Mollia compoſito rumpentes gramina paſſu.

Et

Et memini nullo ſaltantes ordine Faunos,
Siluanos, Satyroſq; & cetera Numina ruris,
Donec ſtellato ſuccedens Cynthia cælo
Compulit & Vatē, turbāq; relinquere ſaltus.

BARTHOLOMAEI CROTI,
Sacerdotis Regienſis.

EPIGRAMMATA.

De Epaminonda.

VT ſaluum clypeũ; ſuperatũ ſenſit vt hoſtẽ
Thebarũ columen; nunc moriamur, ait.
Vellite nunc, animam retinentia pectore, tela:
Namq́; alia indignum eſt exeat illa via.

De Agide Rege Lacedemoniorum.

VIctorẽ dũ pugnat Agis rex fortis in hoſtẽ,
Vincenti clamans ſic, moriturus, ait.
Si qua hoſti eſt pietas, vitã quoq́; demite, quãdo
Poſt regnum Regi nil ſupereſſe decet.

De Marco Regulo.

NON morti vitam obieci: contẽnere vitã
Ignaui eſt; fortis, nõ timuiſſe necem.
Quemq́; ſuæ docui Patriam præferre ſaluti,
Quoq́; modo redimi poſſit ab hoſte fides.

De

De Iulio Cæſare.

NEptuno inuito Auſonias dũ adnauigat oras:
Cæſar ab Epitro, dum furit æquor, ait:
Siccine, Dij Ponti, vos tangit cura Nepotum?
Non veſtro genitrix eſt Venus orta mari?

De eodem.

VT primùm lybicas Ceſar peruenit ad oras,
Vidit, depoſita vicit & inde mora.
Iamq́, arcem, & valles ſuperato cominus hoſte
Poſſidet, & portus inclyta claſſis obit:
Cedere munita innumeras facit vrbe phalãgas,
Vertere & indomitum turpia terga Regẽ.
Reginamq́, vrbem latio parere coëgit,
Atque trucem Lybiam iura latina pati.
Hæc mirãda tamẽ quãuis ſint, maxima nõ sũt:
Talia geſta etenim Cæſaris eſſe decet.

De eodem.

CAEruleis Ceſar Põti penè obrutus vndis,
Ne ſubeat portus Auſonis ora tuos,
Dijs iratus ait: pudeat Neptune ſedentem
Opprimere; armatas experiare manus.

De Io. Franciſco Pico Mirandulano:

DVM Venerem inſequitur Picus, damnatq́; fugatq́;
Vltorem Martem ſenſit habere Deam.

Ad Plautiam.

COncilient alijs optatos, Plautia, amores
Præſtigiæ, fuci, pharmaca, philtra, preces.
Te ſemel adſpiciat quiuis; tibi Plautia abũde es
Præſtigiæ, fuci, pharmaca, philtra, preces.

Ad Sodalem.

VErtendum in cinerem me, inquis, male conſcie noſtri:
Iamdudũ hoc proprijs fecit Amor facibus.
Si ſapis, his terrere minis iam parce Sodalis:
In cinerem verti quì cinis ipſe poteſt?

Ad Iulium. II. Pont. Maximum.

QVòd niue, quòd pluuia, Iuli, quòd grandine tellus
Perſonet, in noſtrũ dum furis vſque Ducẽ:
Non

Nō hiemi adſcribas, inte hæc ſūt tela Tonātis;
Alcidæ ſoboles, & Iouis iſte nepos.

Ad Dionyſium Rugerium.

AH tibi ſū tanti, Dionyſi, vt cedere curis
Debuerim? curis ſū minor ipſe tuis?
Eſto procul, ſi quis poſt curas ſcribit amico:
Verus amor curas cogit abeſſe graues.
At mihi cum Muſis commercia nulla fuerunt:
Mi ſtudium nullū eſt, ſed tibi nullus amor.

De Hercule. II. Ferrariæ Duce.

CAcus Auentinæ timor, atq; infamia rupis
Herculeis manibus iam ſuperatus obit.
Ex illo ſed tot genuit terra improba Cacos,
Perdere vt Alcidē tot fera monſtra queāt.
Sed fruſtra, ô Caci, fraudes intenditis: anne
Alcides ſoboles deſijt eſſe Iouis?

In vitas priſcorum Iuriſconſultorum Quas Bernard. Rutilius Vincētinus ſcripſit.

EXciri vt legum latores ſenſit ab Orco
Inuida Mors, fuſis protulit hæc lacrymis:

Quàm verè eiuſdē eſt afferre, auferreq́, leges
Lex, huius ſiquidem lege, refixa mea eſt.

In libellum Thomæ Grammatici.

IMmenſum Alcides orbē, Liber iſte latinū
Sermonem, monſtris exuit horrificis.
Aurea Romanæ riſerunt ſæcula linguæ:
Emiſit nectar fontibus iſte ſuis.

De ſe ipſo.

TEmpora cùm videor conſumere, carmina ſcribo,
Sedulus: at vereor, carmina ne mala ſint.
Sed quid agā potius, ne abſumā tēpora? ſcribā.
Nam bene quæ pereunt tēpora, non percūt.

In Io. Baptiſtę Guarini ſarcophagum.

HIC Baptiſta iaces, Latiæ ſpes maxima linguæ,
Gloria Pierij, deliciæq́ue chori:
Quo viuente ſacri viuebant carmina Phœbi,
Palladis eloquium, Pieridumq́; melos.
Aſt vrna hac clauſo claudūtur carmina Phœbi,
Palladis eloquium, Pieridumq́; melos.

De

De eodem.

QVI fuit eloquio præſtans, facundus, & ardens;
Elinguis, mutus, frigidus hic tegitur.
Nec tamē hic tegitur, modico niſi vaſe ꝑfundū:
Poſſe aliquis credat claudier Eridanum.

De eodem.

HIC Baptiſta iaces, volitat ſed fama per orbem:
Te tegit iſte lapis, nec tegit iſte lapis.

De eodem.
Alloquitur amicum viatorem.

QVid fles? quòd doctum rapuerunt fata Guarinum?
Deſine: nam poterat viuere, ſed noluit.
Lingua latina ſuum dicebat, græcaq; alumnū:
Is, dirimens litem ſe tulit ad ſuperos.

De eodem.

CVR petijt ſuperos, quæris, Baptiſta Penates?
Deſijt aut noſtros cur decorare lares?
Intonſi eſt blanda captus teſtudine Phœbi:
Non hic Bellerophon, Pieridumue chorus.

De eodem.

DOcti, grandiloqui, grauis, ſeueri,
Arguti, facilis, noui, venuſti,
Vatis marmoreus lapis Guarini
Corpus contegit hic. at ipſa Fama
Dicet cætera, dum volat per orbem.

De Cæſare Borgia.

INgenio vires, fortunæ facta, triumphos
Virtuti æquauit Borgia, ſeq; Deis.
Par rebus nomē, ſceptrum, par denique famæ:
Nil datur vlterius dicere Cæſar erat.

Ad Paullum. III Pont. Max.

VT meruiſſe prius, quàm nunc eſt ſceptra tenere;
Sic habuiſſe minus, quàm meruiſſe fuit.

De eodem.

STringere fulmineum nunc, Paulle, en conuenit enſem:
Hic Turca eſt, illic Lutheriana cohors;
Quos tuus ille vltor rabidos ſi ſtrauerit, illo
Non fuit, aut vnquã ſanctior Enſis erit.

Ad eundem.

A*Vreus æternùm nutrit qui lilia campus,*
Vt ver ꝑpetuũ, & tẽpora prima refert:
Sic te, Paulle, Orbi redierunt Principe ſæcla
Aurea, ſic nobis Ver ſine fine facis.

De Borgeto Cane.

S*Enſibus humanis Borgetus totus inhærens,*
Iratus canibus, deſijt eſſe Canis;
Seque hominem faſſus tumulo; ſi Vatibus vlla
Certa fides; hominum prouocat inde genus.

De eodem.

N*ON caſu, at fato occubuit Borgetus; vt inde*
Quod coleret, poſſet Numen habere Canes;

De

De eodem.
Aurelij Foſſæ.

ÆMulus Anticani Borgete è occidis: ortus
Morte, Thebaldæi carmine perpetuas:
I modò iã Cælũ, iacta tua Numina: poſtquã
Inferiora etiam non, obeundo, obeunt.

De eodem.
Simonis Bramei.

QVòd Muſas inter vixit, ne in funere desit,
Borgetus Dominũ nũc cadit ante ſuum.

Eiuſdem de eodem.

NON, Borgete Canis, te viuere fata tulerunt,
Vt foret & Cynicis hæc noua ſtella Sophis.

Cęlius Calcagninus, Bartholomæo Croto. S.

SI nihil ad me ſcripſiſti, Crote mi ſuauiſſime, nulloſq; tuos, vt ſolebas, miſiſti verſiculos mei oblitus, doleo quidem vicem tuam, ſed tibi tamen ignoſco. Quis enim obliuioni, quæ in nos vel inuitos tyrannidem ſuam exercet, obluctari poſſit? Quod ſi memor non ſcripſiſti, tantum abeſt, vt tecum expoſtulem, vt vltrò gratuler Tibi, quòd hoc ſcilicet, quidquid eſt fiduciæ, tibi amor obtulerit; quando non aliunde proficiſci velim exiſtimare. Quare me iudice, vel ſine certatione abſolutus eſto, ea tamen adſcripta conditione; vt qui ſcribere deſinis, amare non deſinas. Vale Ferrariæ, VI. *Kal. Ianu.* MDIIXX.

RAPHAELIS IVSTINÆI MONACI BENEDICTINI EPIGRAMMATA.

AD LVCAM RIPAM,

Humaniorum Literarum Regij Lepidi Profeſſorem, ſuumque Præcep.

INdica credideramearo ſeruaſſe Magiſtrò
Cinnama; Caucaſeum, dũfero, cerno piper.
Inſpice cor dantis: tibi, Ripa, placebit, eritq́;
Dulcius Hiblæo rore, quod acrè putas.
Aſt, vbi mox repetã Veneti myrrharia fũdi,
Sponte tui memorem faxo fuiße ſcias.

Ad eundem.

DE me, Ripa, queri doles amicum;
Qui ſummus tibi creuit à puello:
Hũc & diſcipulum tibi fuiſſe
Dicis: ſed caue, Ripa, ne Magiſtrum
Te dicant crocitationis eſſe.

Ad eundem.

NIL reperitur, ais, quærendo: quod inuenit, eſt quod
Quis quærit: me, aliter dū loquor, inſimulas.
Dardanus auricomū ramū qui repperit Heros,
Quæſierit, nec ne, diſſere Ripa mihi.
Naſonem venerariſ; idem bis dixit: at, inquā,
Creditur & fandi ius habuiſſe Maro.

Ad eundem:
Cum mitteret munus, aliquot Caporum paria.

OMne timet Gallos Latium, neq; barbara quiſquam
Audet iam noſtrum tangere mancipia.
Sed tibi quos, Luca, damus, hos ipune laceſſes:
Arctantur pedicis, ſunt ſine teſte, ſilent.

LVDOVICI PARISETI IVNIORIS MORALES ALIQVOT E MVLTIS SELECTAE EPISTOLAE.

Ad Proſperum Aurimanum

Qvattuor affirmat, Proſper dilecte, furoris
Eſſe Plato ſpecies, quarũ cõplectitur vna
Quiſquis amat. ſicut furor hic laudabilis eſt, ſi
Diuinum, velut ipſe Plato deſcribit, amorem
Reſpiciat: ſic eſt inhoneſtus, turpis, & amẽs,
Si formæ affectum ſpectet: quo ſi fuerit quis
Correptus, furit indigne, fœde, miſereq;
Inſanit; quoniam ſana ratione relicta.
Appetit, & deſiderium conuertit inanem
Ad finem, cuius poſt plurima damna ſecuti
Deniquè pœniteat. Dementia perdita verè
Illa fuit, mentem quæ adeò perſtringit, & ipsũ
Ingenium obtundit, vt quæ ſunt exitioſa
Vtilia, & quæ turpia ſunt, videantur honeſta.
Quis poſſet furor eſſe magis delirus, & excors,
Quàm qui hominem vrget ad id vitij, atq; erroris, vt optet,
Quod niſi cum magna nequeat ſuccedere clade
Optantis? Quidnã ſtolidum magis, atq; remotũ
Longius à ratione hominis, quã tẽnere honorẽ,
Spernere virtutem, vitæq; odiſſe ſalutem

Spe breuis illecebræ, quæ brutis ęquiparat nos?
Verùm ex aduerſo poteris tu dicere forſan:
Nimirum nobis vitio male vertitur id, quod
Dat Natura, mali ſi quid proceſſerit inde:
Ipſi Naturæ acceptum id potius referendū eſt,
Quàm nobis: quid enī miſeri cōmittimus vltra
Quàm trahimur? Fateor, quodā nos fomite tāgi
Naturæ: verùm tamen illa eadem rationis
Tradidit vmbonem nobis, quo tela queamus
Arcere, & ſtimulos vitij propellere: fruſtra
Nos prope haberemus rationis munus, & vſū,
Ni contra vitij ſtimulos Natura dediſſet.
Sed cum proſtrata penitus ratione ruamus
In vitium, & caſto obuertamus terga pudori,
Spōte rei ſimus, nobiſq; accerſimus omnem
Culpā: nulla manet, quæ nos excuſet honeſtè,
Cauſa: nihil ſupereſt, quod nos à labe reatus
Diluat informi. Quare, quodcunque patratur
Turpiter, arbitrio noſtro tribuatur, oportet.
Ille volens patitur vulnus, qui conſpicit ictum,
Atque poteſt paruo vel propulſare labore,
Nec tamen ille cauet, magnū metuitue periclū.
Hinc hominis nimiū deprenditur eſſe furorem
Illius, miſero qui ſe ſupponit amori,
Et fruſtra immodicis ſe ſponte laboribus offert
Torquendum, & diris cruciatibus afficiendū.
Quòd ſi damnati te ratio nulla furoris,
Nullaque dedecoris, deploratique pudoris
Abſterrere poteſt inhoneſto ab amore, ſatis te
Admoneāt, quæ ſueta ſequi ſūt ſēper amantes
Exitia,

Exitia, & priſcæ exemplo moueare Iuuentæ.
Nam nulli, aut ſaltem rari inueniũtur amãtes,
Quorum non fuerit ſors exitioſa, maluſq;
Exitus. En iuuenis ſe ſe miſerabilis offert
Caſus Abydeni, qui Seſtiæ amore puellæ,
Cũ mare tranaret, rapidis abſorptus ab vndis
Amiſit teneræ vitam ſub flore iuuentæ.
Cæde Neoptolemus rapitur, dũ captus amore
Ledeæ Hermiones connubia turbat Oreſtis.
AEgiſtus tandẽ, cum poſt Agamemnona cæſũ
Tutius optato ſperaret amore potiri,
Occubuit. Quid opus iam plura exẽpla referre,
Præſertim tibi, cum poſſint occurrere paſſim
Talia, ſi volues veterum monumenta Virorũ?
Nam deſolatas Vrbes, & diruta Regna
Inuenies, diriſq; affectum cladibus Orbem.
Quapropter poſito iam deniq; Proſper, amore,
Quas longo ſolers didiciſti tempore leges,
In lucem profer, miſeroſq; aſſueſce clientes
Tutari, rabidoque foro venundare vocem.
Iam tandem Puteal Prætoris, & alta Curulis
Obſtrepat, atque tuo reſonet clamore, meique
Marſilij ſuperes ærato gutture vocem.

Cælius

Cælius Calcagninus Ludouico Pariſeto Iuniori. S.

Multum debeo Proſpero Aurimano, Vir Clariſſime, qui mihi primum tuas delicias legendas obtulit: quibus mihi planè teſtatum fecit, quanta tua ſit eruditio, quanta in ſcribendo facultas, ſeu tu vorſam, ſeu tu prorſam orationem aggrediare. Putabam ego eum, tam grato officio perfunctum, omnis humanitatis partes impleuiſse, nullamq; ad eas acceſſionem fieri poſſe. Sed poſtquam tuas literas accepi, longe mihi iucundiſſimas, tantum video cumulum ad priſtinum illud officiũ acceſſiſſe, vt nullo grati animi teſtimonio videar mihi tam eximiam hominis diligentiam poſſe emereri. Primò enim oſtendebat raras ingenij tui opes, quibus in tui amorem eram planè ſuccenſus: nunc vero tui prorſus copiam mihi fecit, & vt iam communis mutuus inter nos amor congrederetur, effecit. Quanti ergo putas me hoc munus æſtimare? quo factum eſt, vt tuam, ideſt Viri Clariſsimi, beneuolentiam inirem. Opto itaque aliquando mihi occaſionem dari, vt hunc animum erga te meum, tui cupidiſſimum atque amantiſſimum, tibi approbem. Id quod ego profectò ſum facturus, ſi quando tu mihi ad eam rem feneſtram aperueris; tempus, locumq; indicaueris,

quo id commode facere poſſim. Quare tutè tibi de me iam plane potes, Vir doctiſs. omnia polliceri. Ea enim eſt mea de te, tuaq; virtute opinio, vt nihil ſit tã ãplũ, tãq; illuſtre, quod ego nõ exiſtimem, me iure optimo tibi debere. Quod ſi aliquando mihi licebit, tibi aliquam huiuſce meæ voluntatis ſignificationẽ præbere, tùm ego me non dediſſe, ſed accepiſſe locupletiſſimum beneficium putabo. Bene Vale.

Eiuſdem Pariſeti Ad Bartholomæũm Crotum:

Scire ego iamdudum expecto, quid Roma bonorum
Attulerit tibi, Crote; lucri quid feceris iſtic,
Quò ſpe mirifica quondam motus properaſti.
Eſſe quidem te Præfectum intelleximus Aræ
Principis, & pariter ſacris Cantoribus eſſe
Præpoſitũ: ſed enim inſipiẽter noſtra vocamus,
Quæ tanquam tenui filo ſuſpenſa tenentur:
Quodque iure poteſt nobis auferre voluntas
Alterius, tutò nequaquam dicere noſtrum
Poſſumus. illa lucro non apponenda putarim,
Quæ facile amitti potuere. Roſaria verno
Edere purpureos ſpectamus tempore flores,
Qui vice mutata rerum cæliq; ſubinde
Langueſcunt, omnemq; æſtu veniente decorẽ.
Amittunt: quin deficiunt ſubitò, referuntque
Nil fructus, nati graciles emittere honores.
Quiſquis honos ſine re nobis contingit, haberi

Debet onus. ſtultum eſt homines cõſidere tãtùm
Principibus, qui cũcta trahũt ad cõmoda pliſ
Inq́; ſuos luxus conuertunt omnia; quorum
Extingui nequit inſatiabilis ardor habendi,
Explerue fames. Quod ſi quandoq́; videri
Munifici voluere, aliquos ditant nebulones,
Aut ſcurras: ſimiles lactucas labra ſequũtur.
Cretenſem Cretenſis amat, meritoque cicadæ
Cara cicada: nihil fidibus cũ Gracculo; Aſello
Nil cũ Phœbea Cythara. Qui cuncta voraci
Ingluuie abſorbet, fruſtra ſperantur ab Orco
Munera. Gerronem inuenies rarenter amicũ
Ex animo: rarò Gerronis facta videbis
Verbis reſpondere: nihil, quod conſequi ab illo
Non ſperes te poſſe; ſpei ſed denique fallax
Fit ſucceſſus. Habes aliquid, quod forte ſupbæ
Adſcribi culpæ valeat, dum poſcere non vis,
Dumq́; virilẽ animũ orãdo inclinare recuſas.
Verùm animũ magis oſtendiſſes, Crote, virilẽ,
Si re contentus mediocri, quærere nil iam
Amplius, effœta mox ſuccedente ſenecta,
Tentaſſes. Quæ iam damnauimus ambitionis,
Nunc faſtus nimij libet incuſare. petendo
Conſequitur, qui iuſta petit: de ſorte profectò
Conqueritur fruſtra, quiſquis ſibi virgula, vt aiunt,
Diuina expectat piger omnia ſuppeditari?
Accipitur rarò, quod non expoſcitur. ergo
Qui cupit, expoſcat. Sed ſat te poſcere forſan
Crediderìs, dum virtute, obſequioq́ue merentẽ
Te

Te præſtas, dignumq́; oſtendis munere. ſane
Id verum foret, & poſſet procedere, ſi nunc
Præmia, conſpecta recti ratione, darentur,
In dandoq́; eſſet meriti reſpectus. at illis,
Qui nil iuſtitiæ norunt concedere, quique
Virtutis, meritiq́; obliuiſcuntur, oportet
Exprobrare itidem, nedum perſtare petendo;
Principe ſi vita functo remeabis ad vrbem,
Et Patriã repetes vacuus, nullo auctus honore;
Spes noſtras valde falles, quia maxima de te
Viſus es excedens nobis ſpondere: tuorum
Fabula Municipum fies, medioq́; notabunt
Te Momi digito, & dicent; Redit en penitus re
Infecta, quem maturum æuo, anniſq́; grauatũ
Principis excelſi Romam contendere quondam
Gratia compulerat? quidnam ſibi rettulit autẽ?
Blanda quid hunc tandem iuuere verba? tueri
Te forte hoc pacto poteris: quia Simia sẽper
Simia ſit, quamuis dibapho veſtita, vel oſtro.
Non tamẽ obiectus, culpæue remãſeris expers
Omnino; quoniam poteras cognoſcere prudens
Id prius, & poteras noſſe opportunius, vt ſit
Continuò Proteus, quamuis mutabilis, idem;

Ad eundem.

EST quædam ſpecies hominum, quos, Croſe, vocamus
Aſtrologos, qui ſe profitentur ſcire futuros
Succeſſus rerum, ducentes omnia ab Aſtris:

Diſponi

Diſponi memorant hæc inferiora, regique
Motibus aſtrorum, cælique rotatibus; hinc nil
Eſſe ferunt, quod non ipſi prænoſcere poſſint
Ex cæli poſitu, ſeu fruges atque futuri
Prouentus anni, ſeu temporis atque dierum
Quærere naturam libeat. totius ab ortu
Succeſſum ducunt vitæ mortalis, & vnum
Quemq; ſuum referunt naſcendo horoſcopum habere,
Ex quo conditio lethi, ſucceſſus & omnis
Viuendi dependeat. irridere libenter
Has ſoleo nugas, & deliramina. noſtrum
Nunquam concutitur pectus maiore cachinno,
Quàm cum de genere hoc hominum mihi quiſpiam amictu
Occurrit lacero, ſartis ſotularibus, atque
Attritis caligis. huic vaticinantur honores;
Illi diuitias: hunc multa merce beatum,
Illum militiæ clarum fore munere dicunt.
Non autem aduertũt ſe vana hac arte futuros
Semper mendicos, & honeſtæ laudis egentes.
Dum ſortem ſatagunt alienam noſcere, dumq;
Prædicunt alios felices, ac opulentos,
Ærũnas miſeri accerſunt ſibi; ſeque ꝑ omnes
Tonſtrinas deridiculos, omneſq; tabernas
Efficiunt. Magnis nonnũquam Regibus, atque
Principibus falſo plaudentes omine, captant
Vitę ſubſidium miſeræ, atque inſulſa cacatis
Figentes chartis mendacia, more Caballi
Parmenſis pulchras dibaphas lucrãtur, & auri

Signati zonam: quorũ quàm peſſime haberet
Res, ſi Principibus contingeret eſſe peritis,
Ac ſapientibus: haud certe ſinerent ſibi ab iſtis
Verba dari ſtolidis: qui, dum farcire procurãt
Omentum, cumulant nugas, & ſomnia vana
Confingunt, aureſq; Midæ fallacibus implent
Figmentis. nã ſigna, gradus, partes, ſimulacra,
Interualla, domos, facies, loca, triplicitates,
Aſpectus, Dominos, antiſcia, milleq; inepta
Nugamenta notant, decretaq; ſingula paruo
Momento variant, ne poſſit ineptia eorum
Prorſus conuinci; necnon fallacia vanæ
Artis deprendi, quæ ſi quandoq; videntur
Vera profari, fortuito id contingere ſane
Credendũ eſt; quoniã quiſquis mẽdacia multa
Cõgerit, incidere in verũ quandoq; neceſſe eſt.
Non aliter, quàm ſi tenſo ſcopulum petat arcu
Cæcus, & aſſidue iaculetur: poſſe ferire
Interdum, nemo eſt prorſus, qui neſciat. horũ
Stultitiæ valde miſeret me ſæpe, pigetque.
Nam, dum plura volunt, quàm fas, cogno-
ſcere, quamque
Permittat natura homini, ludibria captant
Maxima, & inſani paſſim cenſentur. eadem
Augur penſatur trutina, penſatur Aruſpex,
Et quiſquis manuũ è ſignis, & quiſquis ab oris
Effigie mores hominum, venturaq; fata
Iudicat, hos inter rarò reperire licebit,
Qui non deſipiat, qui non deliret. ab horum
Natura haud multum noſtros diſtare Poëtas

Crediderim, quos Democriti ſententia ſanos
Eſſe vetat. quare ſummo ſibi iure furorem
Attribuunt, quem conceſſum diuinitus aiunt
Eſſe ſibi: quidquid ſe diſſimulare nequire
Nouerunt, operire ſtudent velamine honeſti
Nominis, & ſe diuino inſanire furore
Affirmant. quin nulla diu victura fatentur
Carmina, quæ rapido mens non correpta furore
Dictarit. condi diuina Poëmata dicunt,
Cum mentem furor, atq; animum ſubit: hinc quatiuntur
Pectora, flāmeſcūt oculi, ſcabitur caput, vngues
Mordētur, pedibus manibuſq; exploditur, ore
Ringitur: haud aliter quā ſi fanatica vexet
Ingenium rabies, mentemq; Diana fatiget
Irata. haud auſim tamen appellare Poëtas,
Exili quicunque humiles clauſere Camœna
Sermones, magnoque nihil cecinere boatu.
Non vlli, qui ſerpat humi, ſermoneque puro
Carmina contexat, tanti tribuentur honores
Nominis. hoc illis dederim, qui ſpiritu agūtur
Phœbeo: qui geſta hominum, & ſecreta Deorū
Fata canūt, grandiq; ſonāt bella horrida flatu.
Hos meritò Vates, meritò vocitare Poëtas
Conuenit. Ingenij ſi me Natura puſilli
Produxit, tenues tradens in carmina vires:
Si vena exilis, ſi Numinis, atq; furoris
Phœbei eſt expers: ſi ſcribo, cùm lubet, & cùm
Vitæ commoditas patitur; ſcribendo furorem
Si nullum experior, nunquā tā turpiter audax

Reddat, vt agnoſcam laudem, nomenq́; Poëtę.
Nunquam adeo inconſultus ero, quin iudicem ineptum
Et fatuum, qui me contenderit eſſe Poëtam.
Immeritos nūquā patiar tribui mihi honores:
Non me aliena permittā, vt cornicula, pluma
Veſtiri, improprias nec ſumā, vt Simia, veſtes.
Si ſapis, & propria contentus viuere laude
Crote paras, pariter debes excerpere vatum
Te numero, licet argutis Epigrammata ſillis
Texas, atque iocis adſpergas carmina ſalſis.

Ad eundem.

QVidtā perplexi tibi nūc eſt, Crote, negoti,
Vt totiens interpellatus carmine noſtro
Nuniam reſcribas? Et quid nūc inſtat agendū
Tam cura, ſtudioq́; vrgenti, tamq́; labore
Aſſiduo, vt nequeas ſaltem breuitate Lacæna,
Vt conſueuiſti, & veluti tuus eſſe ſolet mos,
Vti, reſcribendo duos, aut quattuor ad me
Verſus? Inflariſne ideo, faſtuq́; tumeſcis?
Quòd tibi collaturum inſigne alicuius honoris
Pontificem ſperes? Vento ſi follis inani
Repletus fuerit, ſubito langueſcet acuta
Foſſus acu, vanumq́; emittet pelle tumorem
Cōtracta. Dum rana bouem exæquare bibēdo
Tentaret, nimio crepuit diffiſa tumore.
Se ſapiens ipſum noſcit: laudabile valde, (ſe
Valde homini pulchrū eſt, ſemet cognoſcere, cui
Delphicus

Delphicus olim ſubſcripſit ſententia Apollo;
Et cui conſenſit Chilonis dogma. ſuperbit
Quò quis ſucceſſu fortunæ debiliori,
Apparebit eò dementior. Icarus alis
Dum ſe ceratis effert, cadit, atq; profundo
Mergitur Ionio: ſublimi in tartara cælo
Truditur ætherei ſoboles primæua parentis;
Dum faſtu effertur tumefacta. ſuperbia nō tā
Humano generi, quàm Dijs inuiſa, relegat
A ſe virtutum commercia: neſcit amorem,
Et traducit amicitiam. caue, criminis huius
Efficiare reus, quo nil deformius arti,
Et ſtudijs, quibus incumbis: nulli magis eſſe
Cōuenit humano, quā qui vacat, atq; operā dat
Humanis ſtudijs. equidem vix credere poſsū
Te; qui conſenuiſti in luſibus, atque chorǫis
Muſarum, & læta pſallentis Apollinis arte;
Effectum ſic eße ſuperbum, ſicq; ſeuerum,
Vt conferre ioci nil cures amplius, & nil
Denique digneris fido reſcribere amico.
Cum puer à calamo tibi ſit, committere nō eſt
Difficile: ā, quod dictetur, tibi deeſſe putādū eſt,
Iſtic cum maneas, vbi ſunt myrmecia paſſim
Quæ ſcelerum taxes? & mi quodcūq; reſcribes,
Gratum erit, vtaris quāuis epigrāmate, ſicut
Delphicus ēſe faber Quod ſi mihi ſcribere pſus,
Faſtidis, ſolumque putas tua carmina digna
Pontifice, ac Roma, non eſt, cur ferre moleſte
Me id credas; quoniā ſum conniuere paratus,
Quocūque in me aliquis pacto peccarit amicus,

Non tamen interea ceſſabo ſcribere, ſi quid
Occurret, quo te valeam ſtimulare: tametſi
Crabronem irritare, leonem vellere, non ſit
Sat tutum. Sed cauſa animi quæ ſcripta, iocisq́;
Non ægra cuiquam, vel iniqua mente ferenda.

Ad Petrum Bembum Cardinalem.

HVmani vim, Bembe Pater, miramur & artem
Ingenij, cui pene nihil reperitur inauſum,
Nil intentatum. ſtuduit miracula rerum
Indagare; genus varium, cauſasq́; latentes
Quærere, et ætherei penetrare arcana Tonãtis.
Admiranda nimis ſolertia priſca Virorum,
Qui res occultas, certis rationibus acti,
Explicuere, [illegible]
Vſa foret Natura parens, dum conderet orbes
Sidereos, cæliq́; globum ſuffigeret Aſtris,
Et circumfuſo firmaret in aëre terram.
Sed poſtquã rerum ſeries, quas myſtica nobis
Abdiderat Natura, hominum patuere ſagaci
Ingenio, & primæ explorata potentia cauſæ,
Turpe nefas viſum eſt, vili recludere vulgo
Viſcera naturæ. Quare prudentibus illa
Tradentes noſcenda Viris, texere quibuſdam
Figmentis, vulguſq́; adyto excluſere profanũ.
Hinc Phœbum intonſum crines finxere; ſororẽ
Phœbi Dianam veloci indagine terras
Cingentẽ, modò per montes, modò ꝑ depreſſas

Venan-

Venantem valles. Hinc aſſeruere Camœnas
Eſſe nouem, palmamq́; vni tribuere canendi
Calliopæ, quam dixerunt ſuperare ſorores
Harmonia ſuaui, & dulci modulamine vocis.
Quid refert memorare Iouem, diuoſq́; vocatos
Oceani cultoribus ad conuiuia? amatam
Diti Perſephonem? Pani Syringa? catenam
Cælitus in terras iuſſam pendere? Mineruam,
Iam ſterili Iunone, Iouis de vertice natam,
Ægide gorgonia munitam pectus? inanem
Impetum Aloïdum? proceri ambuſta Typhœi
Membra ſub Inarimes æterna mole ſepulti?
Proiectos Pyrræ lapides? ſimulacra Promethei
Molli ficta limo? Saturnum parua vorantem
Corpora natorum? ſucciſa virilia Cæli?
Et quæ plura manent Vatum figmenta, potētes
Naturæ cauſas [illegible] inuoluentia amictus.
Nimirum, velut hæc rerum miracula prorſus
Diuini fuit ingenij reperiſſe, figuris
Sic eadem varijs texiſſe fatebimur artis
Eximię: hinc priſcos Vates meruiſſe putādū eſt
Iure hominū laudes, & conciliaſſe fauorem
Naturæ, tecta quæ geſtit imagine cerni.
Nunc autem ſic prorſus abeſt, vt concilietur
Naturæ fauor, aut ineatur gratia, vt omnis
Tam naturæ, quā ſermonis honos temeretur,
Et corrumpatur rerum genuina venuſtas.
Neſcio quos vanos hæc tempora noſtra Poëtas
Edunt, qui latiæ pulchrā argumenta poëſis
Fulgantes, violant Romanæ dogmata linguæ:

Sacros corrũpunt numeros, caſtaſq́; Camœnas
Fœdant, proſtituunt, nudantq́; Numerius olì
Sicut Eleuſinas nimio temerarius auſu.
Hi plumis tentant Paui veſtire Coracem;
Anſeris & ſtrepitoſa imitari voce canori
Concentum Cygni; ſuibuſq́; exponere gemmas
Immundis ſatagũt, & ludicra carmina cõdũt,
Quę canat ad limẽ Iuuenis male ſanus amicæ,
Aut magis in menſa referat Paraſitus herili,
Et recitent Mimi, ſcurræ, cuſtoſq́; tabernæ.
Forſitan inquires, quid nos iuuet eſſe latinos,
Quid iuuet ampullas, & ſeſquipedalia verba
Cogere carminibus latijs, & claudere ſenſus
Arcanos paribus numeris: ſi, qui legat iſta
Vix vnus ſeu alter erit; ſed aperta poëſis
Illorum rudibus dominis, plebiq́; placebit;
Illorum & magnas volitabit fama per vrbes.
Malim vel ſegni ingenium torpere veterno,
Vel mea deformes tunicas dare carmina ſcombris,
Quàm laudes vnquam ex vulgo captare, vel auras,
Scribereue indoctas aliquid quod mulceat aures
Tonſorum, & nugis lippos delectet etruſcis.
Laudentur vulgo, ſignentur & indice: nã mi
Hectoris exemplo Næuani ex claſſe proborum
Rarum aliquem laudatorem cõtingere malim,
Quàm celebrẽ vulgi plauſum. ſi verò carendũ
Laudibus omnino fuerit, ſi nominis eſſe
Obſcuri prorſum acciderit, mens conſcia recti

Non ſaltē deerit ſibimet pulcherrima merces,
Id ſedet in primis animo, felicis Olympi
Affectare viam, & rupto de carcere currum
Quadriiugā ad ſpacij ſublimē impellere metā,
Virtutumque agili terras ſuperare volatu,
Ac prohibere, iecur viuax ne tondeat Ales
Terrigenæ, non Syſiphij fallacia ſaxi
Torqueat, aut lapſura ſilex, ſimiliſq; cadentē
Immineat, menſæq; negent alimenta paratæ,
Neu rota præcipitet, neu fuſilis vnda fatiget.
Cui dabitur vitare ſinus Acheruntis amaros,
Torpentem Styga, Cocyti lacrimabilis vndā;
Ardentes Phlegetontis aquas, obliuia Lethes;
Is demum meritis Diuorum æquabit honores.

Ad eundem.

OMnibus ex animi morbis nos, Bembe, putamus
Nullum peſtiferum magis eſſe cupidine: cuius
Conditio eſt talis, momento vt temporis ex ſe
Nobis affectus alios producere poſſit.
Quandoquidem, concepta ſpe fraudata, dolorem
Contrahit, aut gaudet ſucceſſu elata ſecundo;
Aut anceps rerum, caſuſque incerta futuri
Formidat, dubijſque timens ſucceſſibus hæret.
Cū ſit amor quadā vehemēs, ardenſq; cupido,
Et deſiderium pulchri, comprenditur iſto
Rite ſub affectu. Quare formido, dolorque,
Et mentis mala perturbatio, denique & omnis

Noxius affectus fœdum comitatur amorem:
Hinc Perſæ ſeruus memorat ſe malle labores
Herculeos perferre, pati quàm ipſius amoris
Ærumnas, qui colluuies, & Lerna malorū eſt.
Non aliunde poteſt homini contingere maior
Pernicies, maior q; animi vexatio. quod nūc
Experior primum, fato nam ductus iniquo
Vror, & inuitus ſuccendor amore. fauorem
Vnius venum cogor captare puellæ,
Qui nauci facio Reges, & diuitis auri
Pondera; cui rerum nihil eſt mirabile, molles
Ingenuæ admiror mores, formamq; puellæ.
Atteſtor Genium, noſtri qui conſcius omnis
Arcani, nunquam tantum exanclaſſe laboris,
Nunquam tot curis, tantoq dolore fuiße
Me preſſum. Tam deploratæ ſortis habetur
Nemo: tam miſerè infelix nemo reperitur,
Quàm qui perditè amat: quoniam illa miſerrima vitæ eſt
Conditio, quæ continuis cruciatibus, atque
Supplicijs vrgetur inops, experſq; quietis.
Falſa decipimur ſpecie quandoque bonorum:
Hinc oriens venia donari poſſe videtur
Error, & imminui ignorato noxia turpi.
Namque voluntatem noſtrā irretire frequēter
Illa ſolent, quæ praua boni ſub imagine ficta
Cælantur. Verùm quiſquis ſectatur, apertè
Quod ſcit turpe, nihil poterit prætexere, culpā
Quo rectè minuat, vitiumque excuſet. ego ne
Sum talis? ſane fateor me noſcere quidquid

Turpiter admitto, ſed enim qui cogitur, omnis
Immunis culpæ eſt. Qui peccat ſponte, meretur
Errati pœnam: ſuperi nouere, puſillam
Quàm dederim cauſam vitio, quantoq́; labore
Iam nunc enitar reſipiſcere, quamq́; peroptē
Me fœdæ labi, & turpi ſubducere morbo.
In vitium cum me procliuem forte viderem,
Caui, ne vitiorum illix occaſio mentem
Inficeret teneram. primo ſub flore iuuentæ
Huius ab illuuie morbi me prorſus, & omni
Seruaui intactum vitio: prudentia cum iam
Cuſtodire Virum melior deberet, aberro
Imprudens, rectæque viæ veſtigia linquo.
An vindex aliquis Deus, aut Rhānuſia plectit
Nunc me? qui fuerā ſolitus deludere amātes,
Subſannare puellas, & iactare tenacis
Conſtantes faſtus animi, ac faſtidia amoris
Inſani. Pleruńq́; ſuum cenſura moratur
Authorem; & qua quiſque ſibi magis arro-
gat arte,
Hac tandem peccare magis contingit eadem.

Ad Iacobum Sadoletū Cardinalem.

SI tantum ſtudij, tantumque artis tribuatur
Formandis animis, Præſul meritiſſime, quantum
Rectè formando nobis impenditur ori,
Nil erit, officij ratio quod poſtulet vltra
A nobis: ſi quidem conſultum erit optime eorū,

Quorum nos curam gerimus, noſtræque ſaluti.
Vni forte rei peragendæ ſufficit vnus:
Nō facile vllus erit, valeat qui abſoluere plura.
Eſt igitur nobis omni ratione cauendum,
Ne, dum florentes cāpos, & amœna fluenta
Perſequimur, ſera deprenſi nocte ruamus
In tenebras, cæcoſq; aditus, vbi nulla ſalutis
Spes vigeat, gratāq; neget mala noxa quietē.
Admoneat nos Diui exemplum Antiſtitis, olim
Qui fuit in ſomnis contuſus verbere multo,
Et grauiter reprehenſus, quòd nimis affectaret
Eloquium Tulli, & linguæ pigmenta latinæ.
Ille ſacros hauſit fontes, puroſque liquores,
Quorum continuo libamine nomen adeptus
Eſt clarum, & cæli æternos quæſiuit honores.
Fermenti tumidi, fluidique oblatio mellis
Non accepta Deo. non fas ſacris adhiberi
Diuinis quidquā fermenti, aut mellis. Apello
Ex Tarſo, Doctor populorum, & Relligionis
Maximus aſſertor noſtræ; quamuis ab amico
Sæpe redargutus, monituſue; nihil tamen oris
Ambiuit fucum, aut cultum ſermonis, eo qui
Tempore conueniens potuiſſet forte videri,
Cum noua relligio foret inſtituenda per orbē,
Et populi à patrijs reuocandi moribus eſſent.
Non eget eloquij fuco lex myſtica, cuius
Vis tanta & virtus eſt, vt mortalia fruſtra
Tentent ingenia, & fruſtra experiātur honorē
Addere, & arcanum verbis augere decorem.
Tu ne putas aliquos compti ſermonis amore
Poſſe

Poſſe trahi ad ſtudium diuinæ legis? at illi
Nequidquam compti ſtudio ſermonis agentur,
Quos non ſeruatæ legis promiſſa mouebunt
Præmia, & æternæ ſpes certa oblata ſalutis.
Quin ſimplex, & nuda profanos odit amictus
Lex, quæ diuini profluxit ab ore parentis.
Hæc potius nobis opere illuſtranda, fideque;
Quàm pictis verbis, comptiq; coloribus oris:
Irrita namque omnis perſuaſio, res vbi clara
Apparet; fruſtra nos quærimus addere lumen
Soli, qui noſtræ lucis totius origo eſt.
Sed nimiùm in nobis humanæ gratia laudis
Pollet, & humani nimiùm captantur honores.
Omne fere ſtudium noſtrum, noſtroſq; labores
Vertimus ad laudem, & famam, nomenq; parandum.
Vt noſtrum ſuperet nomen poſt funera, tantis
Nos ſtudijs, tantoq; labore inſtamus: vt autẽ
Ipſi degamus vitam poſt fata beatam,
Nil agimus. mentes hebetes, & pectora cæca
Noſtra nimis! cur ſic ſtolide peccamus? Olympi
Si lætas ſedes virtutibus eſſe paratas
Credimus, & vitijs mortem, æternumq; dolorem
Ingruere. eſt incredulitas, quæ non ſinit æqua
Mortales nos ire via: de tramite recto
In repres ſeducit, & in dumeta retorquet.
Hinc varijs deſiderijs mens noſtra laborans
Excruciat ſe ſe. Vulgi nunc optat honores,

Nunc auras Regum deſiderat, atque fauores
Pontificum, nunc diuitijs inſeruit habendis:
Sæpe voluptates fallaces appetit, & ſe
Interdum obſcæno, turpique intricat amore.
Sunt quoque, qui ſtudio capti meliore, potẽtes
Inquirant rerum cauſas, & ſidera cæli
Scrutentur, variaſq; vices, & tẽpora ſeruẽt.
Sunt, qui cum lætis traducant otia Muſis,
Mollia Phœbeis cingentes tempora ramis.
Incumbunt alij ſtudijs facundiæ, & artem
Rhetoricam longa exercent ambage loquendi.
Certè delirant omnes, fruſtraque laborant.
Sane omnis vis noſtra, omniſq; induſtria noſtri
Ingenij, varias doctrinæ educta per artes,
Contendit fruſtra. Cum terna potentia noſtræ
Sit animæ, longe meritis præſtare voluntas
Aſſeritur, quæ purum ex ſe producit amorem,
Qui ſincere reſpiciens homineſq́, Deumque,
Omnes exuperat leges, canoneſque merendi,
Nec ſinit ignotum quidquã, quod noſcere nobis
Expediat: facili quin tramite ducit ad alti
Notitiam cæli, & reſerat penetralia magni
Celſa Dei, viſq; aperit ſecreta beatæ.
Quid nobis igitur dubias vexaſſe per artes
Proderit ingenium, & vitam duxiſſe per atras
Ambages? Si ſolus amor conferre ſalutem
Perpetuam potuit, veramq; afferre quietem.
Quare nos tandem dicendi, Præſul, omiſſis
Artibus, & poſita vana ambitione ſciendi,
Diuinum pacato animo excipiamus amorem.

Quo

Quo te iampridem commotum fortaſſe putandum eſt,
Maxima Pontificis liquiſſe negotia, & iſtuc
Conceſſiſſe, tuo gratum quò Paſtor ouili
Præſidium, & curam poſſes adhibere ſalubrē,
Et monſtrare pijs veracia iuſſa Tonantis.

IACOBVS SADOLETVS EPISCOP. CARPENTORACTEN. LVD. PARISETO IVNIORI S. P. D.

LEgi tuum carmen, idque mirifice probaui: eſt enim, quantum ego poſſum iudicare, cum doctum & elegans, tum, quo in genere eſſe vis, eius generis numeris omnibus abſolutum. Sed eius ipſius argumentum carminis aliquandiu me ſuſpenſum, atque ancipitem animi tenuit, dum neque rem ſatis coniectura perſpicere potui, quid tu in illo tibi propoſitū habuiſſes. Nā, ſi ornatū & cultum reprehendis Orationis, eoſq́, obiurgas, qui electis verbis, grauibuſq; ſententijs ſua ſenſa exprimunt, idque nituntur, vt quæ ab ipſis emittuntur, prodeant limatiora, tute tibi laqueum tendis, tute ipſe te implicas. Eos enim accuſantem, qui ſtudium & operam

polienda orationi dant, non decuit ipſum politè, & diſertè loqui. Quod ſi ego is eſſem, qui mihi hanc ſtyli elegantiam adſciſcerem: reſpōderem tibi id, quod veriſſimum eſt, debere nos partus eos, quos gignimus, optare naſci quàm perfectiſſimos, nihil earum deſiderantes rerum, quæ ad vtilitatem & ad decorem corpore, animo, vita contineantur. Hocque non ſolum in filiorum ſobole corporea, ſed multo etiã magis in fœtibus ingenij natura nobis eſſe dicerem inſitum; neque vnquam naturalem hanc in nobis cupiditatem iure fuiſſe à quoquam, vt vitium, obiectam, quæ non ad popularem famam primò & maxime, ſed ad expletionem naturæ ſpectet, atque pertineat. Sed quoniam meum negotium non agitur, viderint alij. Ego te illud pro ætate, & conſuetudine mea non inuitus admonebo, vt ne te ab illa ratione falli ſinas, quæ tibi fortaſſe bona viſa eſt; ſi tamen exiſtimas ita eſſe, vt ſcribis; nitorem & copiam accurati ſermonis veritati fucum, & falſum colorem obducere: non enim ita ſe res habet. Nec qui in ſacris literis diſertius explanãdis inuigilant, eiuſmodi prouinciam ſuſcipiunt, vt patefaciant veritatem, quæ ex diuinę legis oraculis apertè & perſpicuè ſuapte natura clara eſt, neque eget ad demonſtrandum ingenio, aut interpretatione cuiuſquam: ſed refrigeratos iampridem mortalium animos, ad pietatis ſtudia rurſus

capeſſen-

capeſſenda monitis, & cohortationibus ſuis conantur accendere, quod ſine vi aliqua dicendi, verborumq́ grandium, & apte ſignificantium copia commodè fieri non poteſt. Quare meū iudicium fuit, ſemperq́ erit, non ſolum licere Chriſtiano homini, verùm etiam conuenire; atque adeo opus eſſe, ſi ſuo is rite officio fungi velit, excolere orationem, quæ legentibus profutura ſit, & magnifica præpotentis Dei opera vberius explicatura, laudemque ab hominibus, (quę modò princeps ipſa ſpectata non ſit, eaque nobiſcum vnà ad Deum referatur) tanquam acceſſionem quandam non penitus aſpernandam eſſe. Quod ego te, quia facere mihi viſus es, vt des te ad ſcribendum accuratè & ſubtiliter, & collaudo nunc quidem, & in poſterum in eo quoque vt perſeueres, vehementer hortor.

Vale Carpentoracti. XVII. Cal. Decembris. MDXXXIV.

Ad Franciſcum Martellum.

Hanc vitam, Martelle, hominis qui cenſuit eſſe
Militiam, ſentit recte ac veraciter: hoſtes
Vndique circumſtant, omniq́, ex parte malorū
Agmina conſurgunt. Salebroſa negotia, curæ
Spinoſæ, & duri affectus contundere corpus,
Et torquere animū perſtant: hinc fœda cupido
Extimulat; dolor inde ſubit, metus hinc premit, inde
Lætitia aggreditur, quibus oppoſita rationis
Ægide, cōſtanti obſiſtendum eſt pectore, ne nos
Captiuos trahat hoſtilis violentia. Quàm ſit
Difficile vnicuique, cauere domeſtico ab hoſte
iudicij compos nemo, qui neſciat: at ſi
Nobiſcum fuerit nobis pugnare neceſſe,
Quid miſerabilius poterit contingere? porro
Nobiſcum nos aſſidue confligimus: ægrum
Spiritus aduerſus ſenſum dum pugnat, & ipſa
Dum ratio contra affectus certamine iugi
Dimicat. hinc ne parū diſcriminis, atq́; laboris
Vitæ erat humanæ, pariter niſi corpora ſæuis
Languerent morbis? ni febres, tormina, tabes,
Pleureſis, aſthma, elephas, ignis ſacer, enterocele,
Gangrenæ, claui, tonſilla, angina; podagræ,
Inteſtinorum, capitis, ſtomachiq́; dolores,
Et plures alij numero, qui forte trecenti

Inſtarent

Inſtarent morbi, & miſeros cruciatibus artus
Vexarent rabidis? Qui tam compagine firma,
Tamq; bona craſi, qui ſit languoris ab omni
Exemptus noxa, & valeat benè corpore ſēper?
Ille quidē haud ego sū: nā bilis flaua quotānis
Sub canis æſtiuo conflictat tempore, acerbam
Incutiens membris febrem, capitique dolores.
Hyberno verò flegma, & pituita moleſtat
Tempore, quo plerumq; nares, guſtūq; coriza
Obſtruit, & capiti pondus, cerebroq; ſtuporē
Adijcit: interdum ſtomachum concoctio crudū
Difficilis grauat, vnde mali generatio Chymi
Ictericum facit, & venas oppilat, eparque.
Sēper adeſt aliquid corpus quod torqueat, atq;
Affligat. nunquam deſiſtunt rodere mentem,
Aut animum affectus. Igitur quis compatiendū
Abnegat eſſe hominū vitæ, quam iugiter angūt
Morbi, languores, & carnificina dolorum?
Haudquaquam reliquorū animantum eſt ſubdita tantis
Natura erumnis, nec tot ſunt corpora eorum
Afflictata malis, neque tot obnoxia morbis.
An mundi rerumq; opifex immanius egit
Nobiſcū? id minime: quin participes rationis
Nos fecit, iuſſitq; alijs animantibus eſſe
Præpoſitos, donec vitales corporis auras
In terris trahimus: poſt autem fata parauit
Felices nobis ſedes, donumq; ſalutis
Perpetuum, & cæli caros addixit honores;
Dummodo delictis nos abſtineamus, & atra.

Crimina

Crimina vitemus. Sed cum propenſa nimis ſit
In vitium natura hominis, ratione ſalutis
Noſtræ, permittit ſummi prudentia Patris
In nos morborum variam ſæuire cateruam;
Vt morbis repreſſa ſuis petulantia craſſi
Corporis, atq; mala extenuatæ habitudine vires
Abſtineant vitijs, animam quæ ſedibus arcent
AEthereis, ſummiq; boni dulcedine priuant.
AEquo igitur morbos animo perferre, labores,
AErumnaſq; pati, tolerare aduerſa, bonique
Cõſulere, e noſtra quod rẽ ſuccedit, honeſtũ eſt.
Nam breuis iſtius vitæ afflictatio, cæli
Felices aditus aperit, pulchrumque quietis
Perpetuę munus, perfectaq; gaudia confert.
Res agitur noſtra vtiliter; ſiquidẽ breuis huius
Vitæ incommoditas quærenda ad cõmoda vitæ
AEternæ tendit. Pugnare viriliter ergo
Eſt operæ pretium, aduerſiſq; reſiſtere rebus
Forti animo: pugnã mox inclyta palma ſequetur:
Reſpiciunt obitos longe maiora labores
Præmia: dum fomes iuuenilis feruidus æui
Excitat in faſtus animos, & corpora fluxam
In Venerem, morbis, duriſq; laboribus angi
Expedit. hanc fragilem vitam curare perinde
Debemus, patria ac ſi nos eſſemus ab ipſa
Extorres, aut ex vna in regione peregre
Nunc ageremus. Quis fuerit tam improuidus, aut tam
Prorſus iners, quem longa viæ diſtantia dura
Terreat, atque labor gradiendi, quo minus citè

Se ſuccingat, iter rapiat, greſſumq; frequẽtet,
Quò dulcem Patriam videat, caroſq; parẽtes,
Et cum dilecta tranquillam coniuge pacem
Ducat, morigeræque fruatur prolis amico
Conuictu? Si nulla poteſt humana voluptas
Diuinæ æquari; ſi delectatio captum
Diuina humanum excedit; quis ferre recuſet
Languores, miſeraq́, huius cruciamina vitæ,
Vt potiatur ea, regnoque fruatur Olympi,
Cunctaq; felicem ducat per ſæcula vitam?

Ad eundem.

OPto mihi, Martelle, fabri cõtingere pẽnas
Cecropij, aut Atlantiadæ talaria, noſtrũ
Hoc deſiderium forte irridebis, & eſſe
Vix ſani credes animi: miraberis ad quid
Hęc optẽ, nimiùm quæ vana videtur, et extra
Conditionem hominis, quò poſſim, vt Dædalus olim,
Minoïs clauſtrum, Cretæq; ergaſtula liber
Exire, aut veluti Perſeus de Gorgone, dequẽ
Andromedæ monſtro palmã, laudẽq; referre.
Hæc ſcito, me optare minus dementer. adhuc quid
Sit mihi cũ mõſtro, & Creta dubitare videris?
Ne dubites: operę pretiũ eſt tibi ſcire, Poẽſim
Tendere eò, vt ficto verborũ ſyrmate claudat
Naturæ admirando opera, arcanoſq; loquendi
Ambage includat ſenſus, documentaque vitæ

Huma-

Humanæ tradat pulchro ſub tegmine: quo fit,
Vt non delectent diuina poëmata tantùm,
Sed proſint etiam, duplicemq́; tenore ſub vno
Notitiam referant. Nā tum ratione tegentis,
Tumq; rei tectæ, fructus doctrinaq́; ſurgit
Vberior. ſed nos ad rem redeamus, & alas
Non temerè optatas mōſtremus. Dædalus ergo
Eſt intellectus noſter, qui dum ſpeculatur
Sublimes rerum cauſas, diuinaq; cæli
Ornamenta, volatu ſe ſe attollere in altum
Dicitur, & celeri migrare per aëra penna;
Hic contemplandum ſe ſe de carcere Cretæ
Explicat, affectus dum corporis exuit, & dum
Fortia tardantis ſuperat retinacula ſenſus,
Euadit volucri Minoïa clauſtra volatu.
Hæc fuga digna Viro, fuga conueniens ſapienti
Artifici, qui Palladijs ſit natus Athenis,
Et nutritus. Abantiadæ prope fictio eandem
Rem ſignat; nā pars animæ ſublimior, & vis
Ingenij ſpeculatrix, partem animæ inferiorem,
Corporeis vinclis religatam, & ſenſibus arctè
Obſtrictā diſſoluit, & Andromedam exitiali
Liberat à monſtro: quo noſtri ſignificatur
Corporis affectus, qui quamuis parte ſecetur
Quadruplici, tamen ex alijs nos torquet, & angit
Præcipuè, qui fluctiuagi ſub imagine monſtri
Innuitur ratione eadem, quà fingitur eſſe
Orta ſalo Venus. hunc etiam deſignat eundem
Affectum Gorgon, cuius conſpectio mentem,

Vimque

Vimque animi immutans, ſtupidos nos reddit, & ipſis
Exæquat ſaxis, perimens rationis acumen.
Sed quid erit, ſi forte cupido inceſſat eundi
Altius, ac valeant ceratæ tendere pennæ?
Aut quàm ferre queãt petaſi, & talaria? porrò
Cecropidæ radios ſolis perferre calentes
Non poterunt alæ. Hermetis talaria nunquam
Tam poterunt alte tandem me tollere, quãtùm
Exopto, licet ille Iouis ſit nuntius olim
Creditus, interpreſq; Deum. quo præpetis ergo
Subſidio pennæ experiar me tollere? quonam
Conatu tentabo Dei penetrale ſubire?
Et maieſtatis ſcrutari arcana verendæ?
Scilicet ignitis opus eſt aſcendere pennis.
Sed quis erit ſapiens adeo faber, atq; peritus
Qui ſciat has humeris alas ſuſpendere? ſolus
Id nobis præſtare furor poterit: furor inquam
Ille, pij toties memorant quẽ ſcripta Platonis.
Nam furor ille hominẽ extollit, sũmoq; parẽti
Vnit, & ardenti coniungit amore: furore
Hoc cupio inſanire: furor diuinus, amorque
Myſticus hoc rigidum pectus, mentẽq; gelatã
Molliat, inflammet, rapiat deſidero. Verùm
Corporis infirmi multùm compago repugnat:
Quam tamẽ ad rectam vitæ traducere normã
Conor, & efficiã, mihi dummodo gratia præſto
Sit diuina, meique adſit clementia Chriſti.

Ad Annibalem: cum amico iocatur.

Cum noſtro petij Carpum Prætore diebus,
Annibal, elapſis: plures aderamus amici,
Et comites, longi cincti latus enſibus omnes.
Ex quibus haud quiſquā fuit à ſtationib⁹ Arcis
Præter me interpellatus, qui pone ſubibam,
Curto vectus equo, qui ſic ſuccuſſerat, ambas
Fregerit vt clunes, papulaq́; ardente notarit.
Vt me cuſtodes portæ videre, repente
Occurrunt, enſemq́; iubent deponere; multùm
Luctatus precibus, multùm cōqueſtus acerbis
Verbis, intraui tandem leuis enſe relicto.
Riſerunt comites; ſed ego maiore cachinno
Rem dignam cernens, non ceſſo laceſſere eoſdē.
Inter me, & vos quantū interſit, diſcite. cauti
Cuſtodes timuere meis dumtaxat ab armis.
Nimirum imbelles reliquos vos eſſe putarunt.
An neſcis, quò nā noſtra hæc iam fabula tēdat?
Pene tibi ſimilem caſum obueniſſe profecto
Gratulor. Agnouit Rector te prouidus eſſe
Belligerum, & duros tractantem gnauiter ēſes:
Idcirco tibi rure vetat, quod ſiuit in vrbe
Pluribus. hinc olerl, ranìſque loquacibus eſſe
Conſultum voluit, quibus enſe parare cruētam
Extimuit te velle necem. Si nocte ſalubres
Abrumpunt Ranæ ſomnos, gratamq; quiētem,
Illis tu poteris indicere bella præuſto
Fuſte, vel hamato nodoſæ vimine cannæ;

Ni, quæ venari prohibent proclamata, ranas
Quadrupedes lato comprendant iure. iocari
Aut permitte mihi tecum ſic, Annibal; aut quo
Proſequor, ingentem tenta diſſoluere amorem.

Ad eundem.

HIS me quis Diuum dilecte tenacibus vnquam,
Annibal, exſoluet vinclis, grauibuſq; catenis?
Quis me de fœda morbi contage redemptum
Reſtituet ſanæ menti, vitæq; ſalubri?
Cuncta fui expertus ſolers, nil prorſus omiſi,
Nil intentatum liqui, quod poſſe putarim
Suppetias mihi ferre: dolor ſẽper penetrauit
Altius, & grauius preſſit, quò plura adhibere
Tentaui morbo medicamina: quin ea peſtis
Huius ſæuities, vt cum ſedata videri
Poſſit, tunc multò crudeſcat acerbius, & cùm
Ipſe mihi videor vires aſſumere, contra
Multò debilior ſuccumbam. euanida poſtquã
Omnia ſuccedunt curæ tentamina; poſtquam
Sæuior oppoſito ſurgit medicamine morbus:
Nil ſupereſt, niſi vt exhibeam me carnificinę,
Dẽq; manus rabidis cruciatibꝰ. effera forſan
Vis morbi tandem nulla irritata medela
Miteſcet paullum, atq; ſua ſe ſponte remittet.
Hei mihi quid fruſtra perſto ſperare leuamẽ?
Si quæ funeſtis me infecit Saga venenis,
Et me Theſſalico deuouit carmine, noſtris

Exultat faſtoſa malis, noſtroque dolore
Gaudet, & è noſtra capit oblectamina pœna;
Hircana Tigri, alpinaque immanior Vrſa?
Non dolor, aſſiduè rodens præcordia, tam me
Affligit, quàm diffidentia certa ſalutis,
De qua iam conclamatum reor eſſe. labanti
Errantem greſſu precor, Annibal, excipe: peſſũ
Ire veta, rege conſiliis, inſiſte monendo;
Affer opem, ſuccurre inopi, ſolare miſellum,
Atq; doce tantos leuius perferre labores.

SEBASTIANI CORRADI
DE PAVLA
FONTANELLIA SESSIA ROLI
COMITE.

SOlus Alexandrũ eximie depinxit Apelles,
Tyndariden Zeuſis, Pallada Nicomachus.
Nũc nouus; haud pictor; Vates numerarier illic
Expeto: carminibus Diua canenda meis.
Hanc ego; ni moriar fato præreptus acerbo;
Æternùm faciam, viuat vt illa ſolo.
Nam, cũ tempus edax corrodat cũcta; fugacis
Neſcit Muſa æui damna dolenda pati:
Artificũq́, licet perdat monimenta, labores;
Innumeros vincet carmine Paula dies.
Paula quidẽ noſtro celebrabere carmine, carmẽ
Sed longè vinces laudibus ipſa tuis. (tem
Nomine at hoc tenui quid mouit vtrũq́; parẽ-
Te talem, ac tantã dicere? ſcire velim.
Tantillam in cunis an quòd vagire puellam
Audijt, hoc tantùm ratus vterq́; ſenex?
At, ſi forte datum ſpeculari mente futura,
Quæ nũc Paula audis, Maxima dicta fores.
Te ſi ſpectaſſet Zeuſis, cum pingeret artus;
Atque Helenæ viuis membra petita typis;

Ex vna hac tantùm legiſſet imagine corpus?
Formarum tot non ille eguiſſet ope.
Theſea Tynaria prædæ, Paridemq; puderet,
Si qui ſit Paulæ vultus, vterq; ſciat.
Et Venus optaſſet deſcripti præmia Pomi,
Addita ſi Diuis hæc foret vna tribus.
Paula Deas ſuperat, vel cirris vnica: Loto
Ferre capillatas poſſet & vna comas.
Non caput hoc vllum tota ſpecioſius vrbe;
Immo caput nullum pulchrius orbe nitet.
Nam facile haud dictu eſt, quanta collectus ab arte
Hinc ſurgat nodus, pendeat inde coma.
Frõs quoq; læta patet, valeat quæ nube reducta,
Et ſole ambiguo, reddere ſola diem:
Hoc velut è cælo lucent duo lumina, Phœbi
Vt ſoror, & Phœbus hæc ſibi rapta putent.
Orbibus illa ſuis placida grauitate rotantur;
Spectando vt laſſus, non ſatur ire queas:
Eſt color inde genis, ſpectatur ab arbore malo,
Seu matutinæ qualis ab ore roſæ.
Copia talis ineſt, & talis gratia fandi, vt
Iſto credatur Pallas ab ore loqui.
Omnia ne dicam, mentum collumq; ſilebo;
Lacte ipſo, atq; ipſa candidiora niue.
Pectora ſub geminis cælantur leuia mammis;
Eſt gracilis venter, femur, vtrumq; latus.
At quid longa manus, tereti deducta lacerto?
Quid digitus nitidis vnguibus vſq; micans?
Cetera, ſi qua latent, oculos fugientia noſtros,
Membra,

Membra, ſuo ſeruat Paula pudica Viro.
Sicut enim eſt forma patrijs prælata Puellis;
Palladis incedit ſic decus omne chori.
Diligit illa probos mores, virtutibus ornat
Ingenuum pectus, ſeq; animumq; colit.
Nā legit Hiſtoricos, legit hæc perſæpe Poëtas,
Queis vita, atq; omni lingua pudica loco eſt.
Hinc loquitur Decios, loquitur vel Paula Camillos;
Nunc his, nunc illis ludit amica modis.
Clœlia ſuccurrit menti, ſuccurrit & illa,
Quæ Libertati victima cæſa iacet.
His ſe Paula parem format, fingitq; legendo:
Sed vera cunctis religione præit.

De eadem.

COnditus in nubem Phœbus (ſic credere par eſt)
Quærebat vultus, Paula pudica, tuos.
Tu verò placidæ laxabas membra quieti
Languidula, & prima candidiora niue.
At modò cùm vigilas, lucent duo ſidera, Titā
Tuque: ſed in dubio eſt, quis micet Orbe magis.

In laudem eiuſdem.

VIrtutem comitatur Honos: hinc vouerat AEdem
Marcellus quondam, carus vtriq; Deo.
Sed quia cella Deis viſa eſt minus apta duobus,
Relligio Patribus magna dicare fuit.
Aſt eadem nuper docuit nos, eſſe dicandum
Templũ, quod referat Numẽ vtrũq; tibi.

De eadem.

QVod neque conceſſum eſt Veneri, nil, Paula, quod in te
Iure quidem valeat carpere, Momus habet.

De eadem.

GRatia, quę triplex Veneri fuit, illa relictis
Idalij ſiluis, nunc tibi facta comes.

De eadem.

PAula Pudicitiæ templũ, ſedeſq; relictas
Vna tenere poteſt, vna referre Deam.

De

De eadem.

INgreſſus fuerã nouus ĩtua Tẽpla Sacerdos,
Vt canerẽ laudes, inclyta Paula, tuas.
De cælo ſed lapſa mihi vox dicere viſa eſt:
Hanc tu laudare carmine, ſtulte, paras?
Virib. apta tuis non eſt hæc ſarcina: paruo
Materia ingenio eſt non ſatis æqua tuo.
Deſino: nam Talis veniſſe ad templa videtur
Eſſe ſatis: mentem perſpicit illa meam.

Eiuſdem Elegia.

DVlce ſolum Patriæ, dulcis quoq; fumus, & aura:
Patria (quis neſcit?) denique ſola patet.
Hanc repetunt Nautæ longis erroribus acti:
Huc Dux externo victor ab orbe redit,
Siue ſit illa viriſq; locoq; ignobilis ipſo,
Siue ſit illa viris nobilis, atque loco.
Solus ego exilium Patriæ præponere poſſum,
Cauſa ſatis voti nec patet ipſa mei.
Et quis de Patria credat diſcedere velle
Illum, quem populus cunctus in ore gerat?
Illum, quẽ laudent grati Iuueneſq́; ſeneſque,
Et quem delicias femina, virq; vocent:
Cuiq; Magiſtratus præter quos deſpicit ipſe;
Patria vel tacito deneget ipſa nihil?
Cauſa relinquendi Patriam quò iuſtior eſſet,
O diſſet mallem, nec ſatis æqua mihi.

Teſta relegaret ſubitò me Patria vellem;
Expulit vt ciues Attica Terra ſuos.
Irem, Pyramideſq; tuas tum Nile viderem:
Et peterem Rhodopen, Biſtonioſq; lacus.
Et cum legiſſem littus, pelaguſq; Britannum,
Tranſirem celeri Gallica rura pede.
Hinc me ſollicito mirantem pectore cuncta,
Exciperent Aſiæ luxuriantis opes.
Hinc quoq; progrediens ſequerer veſtigia Regis
Pellæi, extremas qui rate vidit aquas.
Vnde ego Tantale o bene potus fonte redirem,
Vt quondam ciuis ſacra Tyana tuus.
Et niſi Pythagoræ ſimilem, ſimilẽq; Platoni,
Corradum adſpiceret Patria grata ſuum.
Hoc igitur nobis faciles concedite ciues;
Atque hæc propoſiti vota probate mei;
Quod ſi magna nimis vobis hæc vota videntur,
Nec me tam longa vultis abeſſe via:
Ex libris quæram ſaltem, concedite, quidquid
Ex vſu longo diſcere poſſe datur.
Quę quia Grecorũ docuere volumina primùm;
Fontibus è græcis conuenit illa peti.
Non patrijs tales emanant fontibus vndæ:
Sedanda eſt alijs fontibus iſta ſitis.
Antimacho fundẽte Padus nunc plenior omni
Amne fluit, cũctas nec capit Amnis aquas.
Hoc Duce, ſi dabitis, mõtes & flumina, Mũdi
Moreſq; & leges, nec procul, ipſe petam.

Quæ-

Quæritur de amici parum bona fide.

ERgo ferre tuum potero ſic, perfide, crimē?
Ergo ſic potero diſſimulare ſcelus? (men,
Nec iā ferre; dabūt veniā mihi Numina; cri-
Nec poſſum tantum diſſimulare ſcelus.
Iuuerit hoc pectus mœſtum narraſſe dolorem,
Et cauſas luctus explicuiſſe mei.
Muſa refer crimen; nec tu, qui perdat amicū
Turpiter, hunc populo prodere turpe puta.
At, ſi forte libet nomen tacuiſſe, loquamur
Crimen, quod noſcat conſcius ipſe ſuum.
Cum puer audirem nil dulcius eſſe Sodali,
Quicum vera loqui qualiacunque licet:
At nihil inuentu contra quoque rarius eſſe;
(Nā quæ cara nimis, ſunt quoq; rara nimis)
Erraui fateor primis peregrinus ab annis,
Atque vrbes vidi, Regnaq; lata ſimul:
Vt mihi Pyrithoum tandem, ſociumq; pararē,
Quicum Theſea iungerer ipſe fide.
Inueni multos, ſed nullus dignior iſto,
Qui me nunc ſpernit, viſus amore meo eſt.
Nā quod nūc taceo, placuit mihi nominis omē:
A quo tu dicas proſpera cuncta fore (tuis,
Verba mihi [illegible] placuit [illegible] ſtile [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Sed mihi, qui tantùm mores, animũq́, petebã,
AEtatis ratio nulla petita fuit.
Nam fore ſperabã, e ſtudijs vt diſceret vſum,
Ex vſu, quid ſit diſceret, eſſe virum.
Hinc ego, qui fueram multis expertus, amici
Qualis vbique boni debeat eſſe fides:
Illum conabar, referens præcepta, docere
Quæ ratio vitæ ſola probanda foret.
Et quia laudatur, mores qui vidit & vrbes,
Id quoque cura mihi propoſuiſſe fuit.
Sed quid multa loquor? ſẽper ſic munus obiui
Omne meũ, vt poſſis carpere, Mome, nihil.
Namq́; mille modis, ipſo vel teſte, probabo,
Quã bene vel ſtudiũ, vel meus extet amor.
Extat amor talis, qualem deſiderat omnis,
Et quo maiorem perfidus ille negct.
Sed præ, quæ fuerã facturus, parua videntur
Illa mihi, & nullum prorſus habere locum.
Nãq; ego, ſi iubeat, ſtygias moriturus ad vndas
Deſcendam, atq; vltro triſtia fata petam.
Alciden nec me pudeat voluiſſe referre,
Et quicũq; ſacram ſic coluere fidem.
Nec me mouiſſent ſiculi mandata Tyranni,
Nec ſcythici Regis iuſſa morata forent:
Quin ego pro ſocio pœnas, & vincla ſubirem,
Ignibus & ſacris hoſtia membra darem.
Quidquid erat tãdem, fieri quod poſſet amicè,
Et ferri poſſet, ferre paratus eram.
Ille quidem contrà primò ſimulauit amicum,
Et nos in mirum vinxit amore modum:

Quoq;

Quoq; magis credas, multos ſic vixit in annos,
Vt quiuis illum diceret eſſe meum.
Sed ſimulata diu nequeunt, & ficta latere:
Quæq; diu lateant, detegit ipſa dies.
Perfidus ille igitur, congreſſus ſpernere noſtros
Cœpit, & indignè ferre ſuperbus amans.
Ah, quoties iret mecum dum forte, reliquit,
Nec mihi ſuſtinuit dicere, Amice Vale.
Ah quoties aliò vidi conuertere greſſus,
Ne fieret nobis obuius ipſe, procul.
Ah quoties voluit comites abducere noſtros,
Atq; moræ cauſas finxit habere graues.
Ah quoties, illo ſeriem turbante, Iuuentus
Tardior ad ſtudium, frigidiorq; fuit.
Illa tamen prudens tacui, & iuuenilibus annis,
Moribus & vulgi, temporibuſq; dedi.
Illa tuli, tacitusq; ſimul laturus & illa,
Et maiora, mihi ſi licuiſſet, eram.
Sed ſcelus eſt maius, quā quod perferre ſodalis
Debeat, aut quiſquam diſſimulare velit.
Diſſimulare tamen volui, niſi proditor vltro,
Vt mus ſe indicio proderet ipſe ſuo.
Vt ſe Felſineam monui conferret ad Vrbem,
Et mecum melior diſceret eſſe ſibi:
Atque adeo ſupplex per Numina cūcta rogaui,
Et mihi, quod magnū eſt, Numen amicitiæ:
Quin ego Felſineos ſumptus, ne forte recuſet,
Illi & polliceor quidquid habere decet.
Ille nihil contra, nec me ſermone putauit
Dignum, quem ſummi tot coluere Viri,

Quilibet horreſcat, ſubitoq́; renunttet illi,
Atq; adeo infidam ſcindat amicitiam.
At ego amicitiæ noram qui iura, volebam
Hoc quoque perpetuò diſſimulare ſcelus.
Ille ſed indicium fecit, cùm forte videret
Felſineam patria velle redire domo.
Nam me conueniens quærit, cur triſtis abirē,
Triſtitia & viſus ſigna dediſſe ſua.
Se tamen excuſat, cauſamq́; obtendit inanem:
Quem ſtrueret Murum diſplicuiſſe ſibi.
En cui committas famam, nomenq́; decuſque,
Et vitam, & tandē quidquid honoris habes:
Qui tibi præponat murū, quē condit, & audet
Perfricto vultu talia verba loqui.
Indicat & multis, ne res ſine teſtibus eſſet,
Tanquam digna notis, carminibusq; foret.
Ergo carminibus iam nūc mandetur, vt optat,
Pluribus & ſcripto nota ſit illa Viris.
Fama Noto perfer gelidos Aquilonis ad ortus,
Ad calidi perfer Solis vtramq́; domum:
Eſſe virum tandem, fidum qui ſpernat amicū,
Quòd cœpit muros ædificare nouos.
Hinc exempla petant omnes ſibi: curet amicū:
Quiſque ſibi talem, qualis & iſte fuit.
Qui ſibi iure domum voluit, murūq; parare,
Ne ſemper murus frigeat ipſe foris.
O ſtultos Veteres, ſocus qui ſæpe paratis
Ferre mari, & [illegible]
[illegible]
[illegible]

R. Elſ: [illegible]

Bella gerant alij, Gallos Batauoſq; rebelles
Vincant, & Rheni frigora dura ferant.
Noſter amicus amet, nardoq; pœrabulei vnctus
Molliter; vt mollis femina, comptus eat.
Deinde paret cenas, celebret conuiuia, cantet,
Aut reſtim ducat, femineumq; chorum.
Ante focum, ſi frigus erit, nugetur; ad aſtra,
Quæ bene vix legit, Cæſaris arma ferat.
Mordeat abſentes, folijs colludat, & iſta
Vt iaciat talos, diſcat ab arte manu.
Hæc eſt nobilitas, hæc laus: ſic itur ad aſtra,
Sic ſic æternum nomen & ipſe geres.
Ah miſer; hoc me cogit amor tibi dicere, qui tũ,
Cum te plus oculis iuuit amare, fuit;
Ah miſer (atq; miſer verè, qui tempora pdas,
Queis conſtat nobis carius eſſe nihil)
Scilicet id quondam vigilaſti nocte, dieq;
Vt poſſes murum ducere ab arte Faber?
Scilicet, & duce me, libros verſusq; legebas,
Ciuibus vt fieres fabula longa tuis?
Hic eſt, qui libros quondam, Muſasq; ſecutus,
Nunc ſequitur muros, nunc ſequiturq; forũ.
Hęc mihi cùm referũt, veniũt qui ſæpius iſtic,
Me premit ingratus, vel ſine amore, dolor:
At dolor è veteri natus, niſi fallor, amore eſt,
Cuius relliquias pectus habere poteſt.
Qui iunctus primo eſt tantus, ſic pdere amicũ
Quantus et eſſe ſolet, quantus et eſſe poteſt.

Petrus Bembus Sebaſtiano Corrado S. P. D.

Accepi elegos tuos vnos, & item alteros, atque multo prioribus vberiores, quibuſcum erat epiſtola. His ſum omnibus delectatus, cepique voluptatem, quod te multum laboraſſe perſpexi, vt me ornares. De eo quantum tibi debeam, ſtatues ipſe, qui ea in re neruos, atque ingenium intendiſti tuum. Ego quantum voles, tantumdem ſtipulabor. De tuis rebus reſpondere nihil poſſum, cum ignorem omnia, neque meum ſit, amicorum facta perperam eſſe facta interpretari. Tu, ſi vir es, tua te virtute fulcies, neque tibi poſthac in me laudando latinas Muſas, ſi me audies, aduocabis. Iratæ enim mihi ſunt, propterea quod ſe à me deſertas putant.

Vale Idibus Iunijs. MDXXIX. Patauio.

Celius Calcagninus Sebaſtiano Corrado S.

SI tibi Venetijs Egnatium, ſi apud Regium Lepidi Croturam; Dij boni quales, & quam felices animas! videre contigit: ſi vtriuſque ſuauitate tibi licuit frui, multum profecto auribus, atque oculis tuis debes, Corrade ornatiſſime: neque eſt, quod Ferrariæ Celium admo-

admodum requiras. Etſi ille quidem eo natus eſt ingenio, vt probis ac bene ſtudioſis, tuique ſimilibus faueat, vt literas & literatos ex animo amplexetur. Cæterum nihil eſt præterea, vt verum fatear, quod aut tu multum ames, aut in eo priuatum admireris. Quod ſi te Ferrariam contuleris, vt te facturum polliceris, non Præceptorem, ſed comitem ſtudiorum te nactum putabis. Cæteras laudes, quas in me cumulate congeris, bonitati tuæ acceptas fero. facile enim eſt tibi de iſto Penu laudum fecundiſſimo aliquot depromere, quas ad honeſtandos amicos, vel parum merentes, pro animi tui ſententia prodigas. Bene vale, & me mutuo ama tui amantiſſimum.

Cæcilij Lancei De Sebaſtiano Corrado vita functo.

GLoria Muſarũ iacet hic, quo clarior alter
Et vorſa, & prorſa nullus in vrbe fuit.
Hũc Charites lugẽt, hũc luget pulcher Apollo;
Doctaq; Calliope, docta Thalia gemit.
Tullius alter erat, vates Andinus & alter;
In labijs Pitho, corde Minerua fuit.
Felſina teſtatur, Latium teſtatur & omne;
Quàm fuerit caſti cultor is eloquij.
Conſilium in mente, & rarus ſub pectore cãdor
Extitit: haud multis ſors venit iſta viris.
Præmia dum captat ſublimi debita laudi,
Clotho fila ſecat; proh dolor; ante diem.

De eodem.

Corradus Patriæ decus perenne,
Præclarum eloquij decus latini;
Hoc miſer tumulo iacet ſepultus:
Quem lugent Iuuenes, ſeneſq; cuncti;
Et quantum eſt hominum venuſtiorum:
Vnà quod pariter iacent ſepultæ
Hoc ſaxo Aonides, Apollineſque;
Mineruæ, & Charites, boniq; Vates;
Et quidquid viguit ſcientiarum.

Ad Fabritiũ Fontanellam.

Miſiſti mihi literas, Fabriti,
Ornatas ſatis, & perelegantes;
Quæ quidem Ciceronis ad diſertum
Accedunt propius ſtylum, & vetuſti
Ad ſecli illius aurei nitorem:
Sunt ita omnigena eruditione, &
Puris luminibus Latī referta.
Quare, ſi quid ames tuos parentes;
Et me, qui puerum loco parentis
Te excepi madidum ſacro liquore:
Ne fallas, rogo, noſtram opinionem,
Quam concepimus ex tuis politè
Scriptis literulis, & eleganter.

Eiuſdem

Eiuſdem ad Fiaſtrum.

PLurimum tibi debeo, Fiaſtre,
Quòd me literulis leuas duabus
Sub ipſum Procyona ſæuientem
Hoc totum triduum, vt nihil remittat
De ſua rabie ſiticuloſa:
Nec remittet, opinor, vſque dum Sol
Leonem æſtiferum perambulabit.
Accedet quoque ab hinc dies nouenos,
Plus minus, Canis æſtuoſioris
Vis longe acrior, & magis moleſta:
Vt in perniciem, malumq́; noſtrum
Coniuraſſe putem Canes, Leonem,
Ipſo ſub Ioue quidquid & ferarum eſt.
Qui tanto ergo queam valere ab æſtu,
Me niſi aridulum irrigabit vnda?
Iugis ſcilicet vnda ſcriptionis
Tuæ, purior amne puriori.
Ergo, candide amice, ſi ſalutis
Pungit cura meæ vlla te, reſcribas
Sæpe ac ſæpius: vt puer meus, dum
It redit toties viam, recedat
Vix vnquam ſine literis, amabo
Te de munere ſcriptionis iſto.

Ad Aſdrubalem Bombaſium

O Cellæ Aonidum, Aſdrubal, Dearum,
Idem & corculum Apollinis comati:
Tu perbelle quidem, & magis polite,
Quàm quiſquam valeat putare, ſcripta
Ad me carmina muneri dediſti.
Vt vidi, vt ſtupui, tenello in æuo
Verſus condere te eruditione
Mira, quæ propius Catullum ad ipſum
Accedunt numeris, modis, & arte!
Quid quæris? cuperem meo puello
Marcello nihil amplius profecto,
Vel cum venerit ad virile robur.
Sed me, quem tenet albicans pruinis
Ætas vndique, nec ſinit iocari,
Qui poſſum inualidus ſenex anhelus
Conſcendiſſe iuga altiora Pindi?
Tu, qui floſculus es iuuenculorum,
Et fax, qua niueæ calent puellæ;
Et magis magis in dies calebunt;
Per te, quod facis, intimos receſſus
Parnaſſi ingredere: obuiam Camenæ
Procedent ſtudio tui videndi
Feſtinæ, & ſine lege geſtientes;
Tum myſteria denegata multis
Recludent penitus ſacræ Poëſis,
Per quæ verſiculi tui perennes
Viuent, aureoliq́; gemmeiq́;.

FRANCISCI MARTELLI

AD BARTHOLOMAEVM CROTVM.

Deplorat infelices ſuos amores.

HEV quàm fallaci Puppis cõmittitur auræ,
Si regat infidus, ſitq́, magiſter, Amor.
Hæc ſcopulis peritura altis aut ſæpe pependit,
Immerſa aut rapidis, vortice abacta, vadis.
Ambiguos tumidum curſus direxit in æquor,
Venti dum pugnant, ac fera ſæuit hyems.
Illa tamen, dubijs ſi quando elapſa procellis,
Poſt aliqua optatos occupat arte ſinus,
Et portus tetigiſſe iuuat: mox victa marino
Heu tandem fluctu, piſcibus eſca natat.
Occiduo interdum diſtendens lintea flatu,
Illa quidem placidum tuta recurrit iter.
Cernimus at rarò: priſcus cernebat Amator,
Dum cana antiquo floruit orbe fides:
Caraq́, nõ pretio, at precibus, nec auara Puella,
AEreque victa ſuum polluit vlla decus.
Sæpe Notos venerãs, terris cũ adnaret amicis,
Et fauſto inferret littore Nauta pedem:
Protinus infelix, retrocedentibus auris,
Emenſas iterum cogitur ire vias.

Nec

Nec minus interdũ deuinctus tempora frõde,
Debita cùm viridi ſolueret ora Deo:
Qua tulit indomitos fluctus (miſerabile viſu)
Concuſſa in portu, ſciſſa carina ſuo eſt.
Durandum miſero quid iam non reſtat amanti,
Cui datur extrema hac ſede tenere locum?
Si lethale aliud vix eſt ſanabile vulnus,
Hoc vnum medicam fallere nouit opem.
Namq; ſua defecta videt cum pabula vitæ,
Et Dominæ ardentis iam tepuiſſe faces,
Atque ſibi viſus, & dulcia verba negari;
Qualia nec labris dat Cytherea ſuis:
Ingemit, & luctus necquiquam voluit inanes
Et iacit in ſanctos verba nefanda dies.
Cynthia ſeu Phœbo ceſſit, ſeu ipſe Sorori,
Iſta nouis ſemper queſtibus Aſtra ſonant.
Quęris, Erote, mihi quiſnã hęc prędicat Apollo,
Mirariſq; artes medidiciſſe nouas?
Deſine; per triſtes gemitus ars iſta paratur:
Me dolor aſſiduus non ſinit eſſe rudem.
Vix per bis denos ætas mihi ducitur annos,
Sum tamen in longo factus amore ſenex.
Et mea, ſi neſcis, illa eſt (ſic fata tulere)
Quæ miſera in portu fracta carina natat.
Ille ego ſum, quo non olim felicior alter
Vixit, nunc toto eſt haud magis orbe miſer.
Scilicet hac rebus certa eſt natura ſecundis,
Vt ducant celeri plura dolenda pede.
Quis vetat, ah, teneris decuſſa rubentia ramis
Poma manu in miſeros condere poſſe ſinus?

Ah, ſeges hæc noſtra eſt, nr̃ę quas carpis ariſtæ:
Quiſquis is es, rapidas parce adhibere manus.
At licet implacata mihi, atq; auerſa repugnes,
Lenire precibus te puto poſſe meis.
Non Tigres aluere feræ, non aſpera Syrtis,
Nec procul irati te expuit vnda maris.
Quàm tibi fœda foret noſtro de sãguine palma?
Quæ nota, quæ formæ tum ſit inuſta tuæ?
Miteſces ſpero, dura, & miſerebere noſtri:
Molleſcent blanda ferrea corda prece. (nos;
Muneris omne tui eſt, dulces quòd viximus an.
Nũc quoque, ſi pereo, muneris omne tui eſt.
Poſtquã fera meis inuidit tempora flammis
Improba ſors; tutum quæ ſinit eſſe nihil;
Ex illo fluxere omnes de pectore curæ:
Hæc manet, hæc fixa eſt, Lydia, velle mori.
Ecce damus largos oculis diffundere rores:
Triſtibus en lacrymis omnia plena meis.
Nec lacrymę extinguunt ſæuũ, quo carpimur ignem:
Acrior eſt geminis fontibus ignis edax.
Nil proſunt elegi, aut ægrum ſolãtur amantẽ,
Dulce Philetæum quos mihi dictat ebur,
Ite procul, miſero ſi non prodeſtis amanti:
Flectitur haud veſtro Lydia tacta ſono. (lus
Mors finẽ inueniet, mors aſpera: an audeat vl-
Cogere, ne tentem triſtia fata ſequi?
Non alio perculſa furens Phæniſſa dolore,
Cum vidit Phrygium pandere vela Ducẽ:
Hac deſideriũ cùm ferre haud poſſet amantis,

In

In tenerum ſtricto ſæuijt enſe latus.
Ventum erat inuiſæ grauiora ad tempora lucis;
Nil potius, quàm ſe perdere, tunc habuit.
Ergo mea in tenues cum vita effluxerit auras,
Perpetuuſq; premet frigida membra ſopor:
Tũc abducta rogis mea molliter oſſa quieſcẽt,
Oſſibus hæc ſi ſint verba notata meis.
Viuere dulce fuit, noſtri dum cura manebat:
Vt miſerum ſpreuit Lydia, dulce mori.
Adueniet fortaſſe dies, quo læta pererrans,
Quæ rident tenero gramina preſſa pede:
Atque legens varios millena in ſerta colores,
Vngue ſeces tumulo lilia nata meo:
Et dicas lacrymis ſerò exorata ſubortis
Dura fui: heu perijt qui mihi fidus erat.
Crote diu viue, & melioribus vtere fatis:
Sint faciles Muſæ, ſitque benigna Venus.

IVLII PARISETI
CARMINA.

QVI primus liquidos fontes adamare Camœnas
Scripſit, & ad lymphas degere Caſtalias:
Hunc ego nec Vatē, nec doctū credere poſſum,
Iurarem & ſanum non habuiſſe caput.
Quid tibi cum Muſis igitur Semeleïa proles?
An iuuat vuiferum ſobria lympha Deum?
Cur illas docuit montes habitare vetuſtas,
Plurima cum plano defluat vnda ſolo?
Credite: vel Muſę, & Phœbus ſunt ſōnia vatū;
Fictaque mendaci nomina vana fide:
Vel ſi aliquid, Vineta colunt generoſa Lyæi,
Maſſica ſiue hæc ſint, ſiue Falerne tua.
Nec minus obſcuris gaudent ſe condere cellis,
Et caua cum Baccho Templa tenere ſuo.
Qui cupit egregij nomen, titulumque Poëtæ,
Is gelidas nullo tempore potet aquas:
(Gratia non illis cantus, non carminis vlla eſt;
Ingenijſque etiam plurimum obeſſe ſolent.
His muti habitant piſces, mutæque Volucres,
Turbaque non dulces edere ſueta ſonos)
Vina colat, Bacchūque: huius nā munere cātus,
Et didicit numeros reddere lingua nouos.
Vina fugāt triſtes hominum de pectore curas;
Vina ferunt multis gaudia mixta iocis.

Vina dabunt animos Vati, ſacrūque furorem:
Si neſcis; sacer eſt Vatibus ille furor.
Carmina cantabat vino madefactus Homerus:
Hoc illi Vranie, Calliopeque fuit.
Ennius ipſe pater facili modulamine verſus
Fundebat: vires plena lagena dabat.
Quiſquis amat Vates & carmina, Vatibus ille,
Miſceat annoſi pocula plena meri.
Haud mora, nec iuſſæ veniẽt ad carmina Muſæ:
Huic miras laudes garrula lingua canet.
Nec tamẽ hic meus eſt ſermo; ſed doctus ab vſu,
Quem cecinit vero Bernius ore mihi.
Vos quibus immenſis adſtant fumantia cellis
Dolia, queis muſteis horrea plena cadis:
Aut bibite, vt Vates ſubito euadatis, abundè:
Aut facite, vt pateant Vatibus illa bonis.
Nec iuuet aut Phœbum, aut Muſas accerſere ab antris:
Ille liquor magni Numinis inſtar erit.

Eiuſdem Ode
De Cardinali Morono.

REgem cælicolũ, Regẽ hominũ & Patrẽ,
Cuſtodire pios, caſtaque pectora,
Et puros ſcelere omni,
Iam iam credite poſteri:
Illos ſæua licet, ſæua furentium
Regum ira & rabies perdere deſtinet;
Dextra non tamen ille
Vnquam deſtituet ſua.

En

En iuſtis precibus motus vt optimum
Moronum incolumen Ciuibus, & pia
Tandem reddidit Vrbi,
Falſa & crimina diluit.
Sic ſanctum prius & Dauida de trucis
Saulis terrifica ſurpuerat manu;
Inſanamque Leonum
Vim rati arcuerat ſuo:
Vt culpas ſcelerum perſequitur graui
Vindex ſupplicio: ſic animum integrum
Defendit Deus, vlla
Nec vi vnquam ſinit opprimi.

Eiuſdem.

Ex etruſco Carmine, quod Romæ in Viridario Cardinalis Cæſij.

Genius loquitur.

1 *HAS herbas inter teneras, floreſque nitentes*
Viuo ego fecundi Lar, Geniuſque loci.
Halantes vitam ſuauem dant vndique flores,
Quos mihi paullatim ſufficit alma dies.
Hic pictam vario terram ſpectare colore
Me iuuat, innumeris quæ nitet vſque roſis.
Audire & frutices inter, dũ murmurat vnda,
Neſcio quid bládæ vt dulce querãtur Aues.
2 *Cælatæ Heröum effigies, præſentia vobis*
Quæ referunt vitæ tempora præterita:
Atque mihi ver perpetuum formoſius illo,
Quod viguit, terræ dum nouus orbis erat.

Quos mores, quas virtutes ea viderit ætas,
Et ſecli memorant inclyta facta ſui:
Plerunque & tantas accēdunt pectore flāmas,
Ignibus vt flagret non minus Aetna ſuis.
3 *Quiſquis amat Phœbumq; Prēm, ſacraſq; (Sorores,*
Hæc loca, & hæc Tēpe florida noſtra petit.
Nāq; patent cūctis Antra, & viridaria læta:
Huc faciles aditus limina ſemper habent.
Nō croceo arridet mihi plus hic Purpura pāno:
Nō fauco Craſſo, quàm tibi, Codre, magis.
In pretio ſola eſt virtus, iucundior ecquę
Hac vita? aut quid me lætius Orbis habet?
4 *Sit tamen æqua mea, ſit par quoq; veſtra (voluptas,*
Dum libeat cupidas abſtinuiſſe manus.
Planitiem luſtrate oculis, collemq; virentem,
Et rupē, & blandas murmure fontis aquas.
Parcite ſed teneros flores, & carpere fructus,
Turbetur per vos ne mihi parta quies.
Quod ſi aliquē hæc ſpecies magno inflāmabit (amore,
Huic facilis cuſtos, quod ferat, ipſe dabit.

Eiuſdem.
De inſignibus Draconis Greg. XIII.

ASpicis extenſis conſurgat vt arduus alis;
Diraq; e terribilis pandat vt ora Draco.

Iſte

Iſta decent Sanctū Paſtorem hoc tēpore ſigna;
Turbati tangit quem pia cura gregis:
Cuius oues circum inſignis vigilantia, cuius
Vis etiam armato ſit metuenda Scythæ,

De eodem.

IVncta LEO arma, ſimul volucrum & Regina mouebant:
Additus his nuper tertius ecce Draco.
Ore prius poterat lædi hoſtis, & vnguibus: at nūc
Vel procul eſt illi dira parata Lues.

De eodem.

SEcuri dormite greges: cuſtodit Ouile
Ecce Draco; rapidi vos procul eſte Lupi.

IOANNIS BAPTISTÆ PARISETI.

AD CHRISTVM SERVATOREM.

Æ Quæua magno progenies Patri;
Olim è ſupremo quam pietas Polo,
Noſtrêque mortales in oras
Egit amor cupidam ſalutis:
Ne ſæuientis Regia Tartari
Captiua diris agmina pergeret
Mandare flammis: neue longum
Horribilis fureret Tyrannus:
Sontes vetuſti criminis in reos,
Audax parentum quòd malè ſpreuerat
Inſania, in pœnas Nepotum,
Magnanimi imperium Tonantis:
Contagioſum noxa grauis malum,
Diffuſa in omnes ordine poſteros;
Mortalium addixiſſe tetro
Vulgus inops properabat orco:
Cum Tu, ſupremæ vis ſapientiæ,
Noſtri miſertus Maxime Cælitum,
Pœnáſque ſontes eximis, nec
Iuſtitiæ fera vincula rump

(*Dictuque mirum*) *tu Deus induis*
Mortale corpus: Tu ſcelerum graues
Pœnas, & heu, nobis paratum
Supplicium exoluiſſe gaudes.
Perfuſa ſacro ſanguine, noxia
Purgantur atris pectora ſordibus:
Placatur hinc ſummi Parentis
Ob veterem grauis ira culpam.
Quin & tremendas Tu ſtygij Ducis
Irrumpis arces, limina diruens
Inuiſa, ferratoſque postes
Horribili quatiens ruina.
Turbatur amens, & rabie furit
Cæca Tyrannus, conſilijque inops
Immane mugit, feruidoque
Sulphuream vomit ore flammam:
Dum fracta cernit vincula, carceres
Paſſim recluſos, & pia Manium
Auctore quæ te iam fruuntur
Agmina liberiore cælo.
Tandem ſeueras cogitur improbus
Perferre leges, imperium & pati
Victoris. humanumque vulgus
Seruitio eximitur vetuſto.
Hinc liberati faucibus impijs
Monſtri rapacis, Te canimus Deum,
Te nos Parentem: gratiaſque
Pro meritis agimus, rogantes:
Ne, ſe inquinantem criminibus nouis,
Iratus vllo tempore deſeras

Turbam tuorum: ſed furentes
Eripiat tua dextra letho.
Cernis rigentes vt Boreæ in plagas,
Graſſata peſtis, finitimos quoque
Peruadat, informique paſſim
Gens pereat miſeranda morbo?
Heu dira peſtis, corpora quæ virum
Intacta linquens, interius furit
Lethalis, incautaſque mentes
Viperea ſanie cruentat.
Illam, tui nunc rite PIVS gregis
Paſtor medendo expellere dum parat:
Paſtor PIVM quem cernis ipſe,
Nos MEDICVM iuuat experiri.
Tu nectare illi Pæonias opes
Aſperge, vt atrox auſpicio tuo
Depulſa Tabes, cæca rurſum
Antra petat, ſtygiaſque fauces:
Purumque tetra iam ſcabie pecus,
Intaminato cum grege paſcier,
Vnoque poſſit clauſum Ouili
Effugere inſidias Luporum.

Eiuſdem ad Virgilium Arlotum.

ÆGra quòd efficeres curãdo corpora, Ditis
Rarior vt cæcas viſeret Vmbra domos:
Res ingrata quidẽ, ac ſtygio damnoſa Tyranno,
Sed benè quam tacitus diſſimularet, erat.

At

At tua mortales quòd iam facundia celſi
Poſt obitum doceat ſcandere tecta Poli,
Hoc, Arlete, nequit Plutonia ferre, tuũq́
Oppugnat cunctis viribus ira caput.
Sic ait, oblataq́ Virum iubet ægide Pallas
Fortia tartarei ſpernere tela Ducis.

Ad Syluium Arlotum.

SYlui, *quid precibus tuum ſodalem*
Ægritudine perditum fatigas,
Inuito vt Genio Tibi & Mineruæ
Scribat verſiculos Catullianos?
Qui Phœbum, atque Heliconidas peroſus,
Et lucem, atque hominum celebritates,
Solitudine gaudet, ac tenebris,
Informique ſitu, ſilentioque.
Ingratiſſima nam Puella noſtra,
Quam plus longè oculis meis amabam,
Quæ teſtes toties Deos vocabat,
Me vita ſibi & eſſe gratiorem,
Et, dum ſpiritus afforet, futurum:
Heu, nunc immemor illa noſtri amoris,
Et datæ fideique, dexteræque,
Mauult alterius Puellæ dici.
Non quòd ſit mihi præferendus ille,
Seu curſu libeat, leuique ſaltu,
Seu contendere fortibus lacertis,
Siue carmine prouocare Muſas:
Verùm iugera quòd feracis agri

Plura is poſſideat; quòd alta plures
Illi gramina tondeant iuuenci.
Et eiuſcemodi inter æſtuantem
Angores animi, graueſque curas,
Tu me poſſe putas, amice Sylui,
Scribere hendecaſyllabos iocoſos?

De Pace argentea furto ſublata.

PAX tecum, audierat ſibi dudum à Flamine dici,
Oſcula dum ſacra Cinna daret tabulæ.
Ergo illã argentoq́; grauẽ, et mira arte decorã,
Haud mora, decepto ſuſtulit Æditvo.
Quã ſub veſte ferẽs; Nõ sũt tua vota Sacerdos
Irrita: iam mecum Pax, ait, ecce manet.

De Lucretia facto functa.

TE ſuper, vt triſti rapta es Lucretia fato
Contendiſſe ferunt Numina magna Deũ.
Primus ait, cultum ingenij miratus, Apollo:
Pierijs hæc eſt adijcienda choris.
At Venus, eximio formæ mage capta decore,
Immo, inquit, Charitũ quarta erit illa mihi.
Singula tum claro fulgent quæ ſidera cælo,
Certatim ſociam Te petiere ſibi.

De Galatea Amatorium.

VMbroſi nemorũ ſaltus, et amœna ſalicta,
Quæque tegis vitreas Popule fõtis aquas:
Tuque inſcripta meos pulcherrima Pinus
(amores,
Voſque adeo flammę conſcia prata meæ:
Sic vobis rapidi parcat violentia Solis,
Decutiat virides nec grauis aura comas:
Dicite, qui mœſto fuerit tum ſenſus amanti,
Vexarit quantus pectora noſtra dolor,
Candida cùm patrias valles Galatea reliquit,
Ah nimis indigno iuncta puella viro.
Atque vtinam illa dies miſero ſuprema fuiſſet,
Cũ rapta eſt oculis candida ympha meis.
Sed tamen inſanos certum eſt finire dolores,
Et feſſum liquidis mergere corpus aquis.
Vos modò, quas triſti iactauimus ore querelas,
Inciſa & teneris carmina corticibus, (tes,
Æternùm facite, vt viuant, monitura nepo-
Quàm ſit rara fides, quàm ſit iniquus Amor.

Eiuſdem è græco verſa Epigrammata.

De Priuigno, & Nouerca.

DVm Puer extinctæ tumulo dat ſerta Nouercæ,
Sperat & hanc odijs impoſuiſſe modum:
Spōte cadēs miſerū oppreſſit lapis. horreat oīs
Ergo Nouercarum vel monumenta Puer.

Idem paulo aliter verſum.

SErta nouercali dū fert Puer apta ſepulcro,
Cum vita hanc odium depoſuiſſe putans:
Funebris incautū oppreſſit lapis: ergo Nouercę
Priuignus fugiat buſta vel ipſa ſuæ.

De Naui incendio conſumpta.

NAuis ab īnumeris pelagi ſeruata periclis,
Exitium à terrā nunc genitrice tulit.
Stās ibi correpta eſt flāmis, ac perdita: Pōtus,
Nequicquam optauit, ferret vt hoſtis opē.

In Iauidum.

IN cruce dũ ſociũm Diophõ maiore videret
Pendentem, infelix tabuit inuidia.

In Auarum.

CErtus erat laqueũ Dinarchus nectere collo
Sex chalcbi miſerũ ſed vetuere mori:
Tanti reſtis erat. Quare diſpendia vitans,
Vilius inſtituit quærere mortis iter.
Heu quis auaritiæ iam ſit modus? ire ſub Orcũ
Diſcupit, exigui detinet æris amor.

De Venere armata.

BEllica Gradiui quorsũ Venus īduis arma?
Dic mibi, quid fruſtra põdus inane geris?
Nuda quibus Martẽ ſpolias, nũ viribus ĩpar
In genus hæc hom nũ ſunt capienda Tibi?

In Vulcanum.

FIlius eſt tibi pulcher Amor, pulcherrima
(Coniux
Cypria: te claudum ſic decet eſſe, Faber.

Iuuenis pauper, Diues in ſenectute.

PAuper eram Iuuenis, facta eſt opulenta (ſenectus:
Vtraque ò vitam conditione parem! (rũ:
Quo fruerer, dũ tempus erat, mihi defuit au-
Copia nunc rerum ſuppetit, vſus abeſt.

Tumulus Mulieris nomine Formoſæ.

NOmine Formoſa, aſt animo quàm corpore longe
Pulchrior, heu, Charitum floſculus interijt.
Perſimilis Veneri: ſoli tamen illa marito
Cypria, verùm alijs ſobria Pallas erat.
Quod ſaxũ caruit lacrymis, cùm luridus Orcus
Dilecto hanc rapuit coniugis è gremio?

De quodam, qui feſtinanter edebat, tardè currebat.

TAM citò cùm comedas, cùm tam ſis currere tardus,
Os tibi fac potius currat, edantque pedes.

Ad Fures.

PRæda, mali fures, vobis aliunde petatur:
Pauperie tuta eſt vindice noſtra domus.

De Aquila, & Sagittario.

IVſſa Iouis magni volucrum Regina ferebat,
Sueta Deum nitidas viſere ſæpe domos.
Vidit, & adducto direxit ſpicula cornu
Gnoſſius; incautam, nec mora, fixit auem.
Pœna reum cædis tenuit: nam lumine caſſa
Aucupis in medios decidit illa ſinus:
Intulit & ferrum iugulo: bis tincta cruore
Sic iunxit geminas vna ſagitta neces.

De Medico, & Grammatico.

AD noſtras Medicus natū deduxerat ędes,
Carmina vt æternæ diſceret Iliados.
Hic ſimul atque irā didicit, luctuſq; frequētes,
Quæque ſequens verſus triſtia dāna refert:
Lurida complures animas ad tartara miſſas
Scilicet, auditor deſijt eſſe meus. (Doctor,
Nam Pater; hæc ſtat magna quidem tibi grā
Sed tamen iſta ex me diſcet abunde Puer.
Ipſe ego nam plures animas ad tartara noui
Mittere: Grammaticæ nil maior artis opē.

De Delphino, & Cadauere.

TErrigenā orta vndis, hominē fera, lumi-
(ne caſſum
Viua, mari exceptum, litus ad vſq; tuli.
Deſertam in ſicca ſed mors me oppreſſit arena:
Officio merces; heu, male digna meo!
Mutata ſic ſorte, tulit mihi funera tellus
Illius: occubuit fluctibus ille meis.

De Cupidinum trophæis.

ASpice, vt exuuijs cæli potiantur Amores,
Vtq; ferāt humeris arma ſuperba Deū.
Tympana cum thyrſo Bromij; fulmenque
(Tonantis,
Cum leui clypeum caſſide Martis habent.
Phœbi arcū, pharetrāq; tuū Neptune tridētē,
Et cl[illegible]uam, Herculeæ quā tenuere manus.
Quid ſperent homines? Amor en populatus
(Olympum:
Captaque cælicolum poſſidet arma Venus.

De certamine trium, circa exigua.

QVid magis exiguū ludēs Natura creaſſet,
Certamen ſtudio tres iniere pari.
Arte alios Hermon, mirā ſpectabilis arte
Se dedit in tenuem, filaque duxit, acum.

Lam-

Lanificæ Demas telam conſcendit Arachnes,
Captiuum & gracili caſſe pependit onus.
Soſipater, ſum victus, ait, ſi cernor ab vllo:
Spiritus en tantùm ſat mihi, corpus abeſt.

In latronẽ ab imminente periculo liberatum.

LAtronẽ ſopor altus habet: caſurus in illũ
Inclinat paries: ecce Serapis adeſt.
In ſomniſq; hominem, conſurgat vt ocior Euro,
Atque aliò ſe ſe transferat inde, monet.
Exurgens capit ille fugã, mox lumina flectens
Reſpicit, & murum procubuiſſe videt.
Sacra igitur faciens depulſo mane periclo,
Fautores ſcelerum credidit eſſe Deos.
Rurſus at hunc media cõpellans voce Serapis,
Non, vt reris, ait, me malefacta iuuant:
Eripui quin te placidæ, turpiſſime, morti,
Certa quòd in merita ſtant tibi fata Cruce.

Tumulus Agathanoris.

EXtinctum Architeles mœrens Agathonora (ſculptor,
Huic tumulũ propria condidit arte parens.
Quàm facile, heu, triſtẽ cælo ſine finxit in vſũ
Saxa miſer, lacrymis mollia facta ſuis.
Sis leue marmor onus, Puer hac ſub mole (quieſcẽs,
Impoſitũ vt patria sẽtiat eſſe manu.

De eodem aliter.

Condidit Archeteles natum hic Agathonora ſculptor,
Addidit & propria marmora ficta manu;
Saxa vides, eheu, non vlli obnoxia cælo,
In teneră lacrymis ſed liquefacta picem.
Tu leuis eſto lapis, Puer & fac dicat; amati,
Agnoſco, impoſuit te mihi dextra Patris.

De Salomone Marmoreo.

Salmoneus ego sũ, Iouis æmulus: hic Polycleti
Me Taſij artifices cõpoſuere manus.
Sim licet immotus lapis, & ſine voce, Tonãtis
Me tamen irati ſic quoque tela petunt.
Pone iras, Pater alme Deũ, iã fulmina pone:
Quid fera cũ gelido marmore bella geris?

De eodem aliter.

INclita me Taſij Polycleti dextera finxit,
Sumq́; ego Salmoneus, æmulus ille Iouis.
Qui me etiã poſt fata odit: meq́ fulmine mutã
Effigiem ætherea ſæuus ab arce petit.
Parce odijs Rector superũ, & fera tela coërce:
Sum lapis, exanimẽ quid furis in ſtatuã?

De

De Vetula Bibaci.

MOle ſub hac tegitur lapidũ vinoſa Mero-
Saxeus en Vetulæ ſtat ſu℘ oſſa calix. (nis:
Flebilis haud plorat natos genitrice carentes,
Non inopem argutis queſtibus Vmbra virũ.
Vnum id mœſta gemit, Bromij quòd factus in
Cõtineat Bacchi munera nulla ſcyphus. (vſũ

De Pictore imperito.

DEucalion à te eſt, Phaëtonque, Mene-
ſtrate, pictus:
Munere nunc quo ſit dignus vterq́; rogas?
Vt propriũ ſtet vtriq́; decus, me iudice, flãmis
Eſt dignus Phaëton, æquore Deucalion.

DIONISII RVGERII IVRIS CONSVLTI IVVENILES LVSVS.

De Daphne marmorea.

AMplexus ſictã duro de marmore Daphnẽ,
Qualiacunq́ dabat baſia Phœbus amans.
Mox ait: heu, cũ ſit de te mihi copia Daphne,
Es modò facta arbos, es modò facta lapis.

Eiuſdem de Laceno.

LAcenus ille, quem videtis ornatum
Cultu decoro, veſtibuſque centenis,
Atque omnibus cultis, nouiſq́; pexiſque:
Qui incedit ingens, ambulans graui paſſu,
Grauiterq́; prolatis loquens probè verbis,
Grauiterq́; faciens omne, quod facit, ſemper:
Nolite mirari, grauis quòd eſt tantùm,
Nolite, quæſo: etenim domos, agelloſque,
Quos vendidit, portat ſuos ob id ſecum.
Nolite damnare hunc, habet bonum authorẽ,
Exemplo agit id enim illius Viri magni,
Secum bona omnia qui ſua vſque portabat.

De Glycere impudica.

QVærenti Glyceræ ſuum maritum,
Oſtendens populum facetus Hermes,
En, dixit, Glycere tuum maritum.

De Phœbo.

CAntantem vt ſenſit Phœbũ Peneïa fugit,
Cum cãtus peterent robora, ſaxa, feræ.
Tum Deus: heu, quãdo ſperẽ te flectere? ſi tu
Duritia vincis robora, ſaxa, feras?

Ad Bartholomæum Crotum.

CArmina pragmaticus Croto do multa (Poëtę:
Carmina dat Crotus nulla Poëta mihi.
Non aliud foret, Alcinoo ſi poma darentur,
Ipſe nec Alcinous tradere poma velit.

Ad Aulum.

ZElotypũ cũ ſola virũ vxor mœcha necaſſet
Ne rea credatur, ſuſtulit in triuium.
Hanc crimen patraſſe tamen veſtigia produt,
Dum via facta alba eſt ſanguinolẽta niue.
Traditur ergo neci. nunquã ſcelus, Aule, late-
Si deeſt, qui prodat, ꝓdit id ipſe reus. (bit,

De Lucia Boiarda Poëtria.

GRacia ne magno sẽper turgeret Homero,
Sors Latio tribuit candida Virgilium.
Aſt Sapho rurſus, quæ contendebat Homero,
Gaudebat Latijs non habuiſſe parem.
Hæc quoque conticuit, poſtquã te, Lucia, sẽſit
Certantem magno carmine Virgilio.
Solo igitur certare queũt Maro, Lesbaq; Home-
Virgilio & Lesbæ, Lucia, ſola potes. (re:

De Marte, & Cupidine.

CVM ſe vincere Amor cunctos hominesq;
Deosque
Iactaret nudus, cæcus, inerſque Puer:
Rettulit hæc Mauors ridens: Puerilia narras,
Balbe puer. Quis non vincitur enſe meo?
Ille ſed: enſe mori victori, & gloria victo eſt:
At tibi quale decus rete, doliſq; capi?

In Caſelli faſtum.

LVſtra decẽ Romę ſectatum quattuor Aulas
Pontificũ, in Patria quãtula arena tegit?

De

De eodem Iocoſum.

HÆC licet ampla Tibi ponas monumentã (ta Caſelle,
C tamen amoto, Tu mihi Aſellus eris.
Nonne vides, vt ſępe libens iaceatis vterque?
Tardus vterq; oneri, tergus vterque lacer?
Ille agitur baculo, fulcis tu membra bacillo:
Sed diſtatis in hoc: Rudere vterq; nequit.

Tumulus Vincentij Rugerij Fratris.

HIC tegeris, Vincens, raptus iuuenilibus annis,
Parca quòd ingenio te videt eſſe ſenem.

In tumulo Simonis Bramei.

IN tumulo hoc Bramei requieſcunt oſſa Simonis,
Regia quo tãto ſe Vrbs iactat alumna Viro.
Felſina, Ferraria, eſt illum mirata docentẽ
Græca, Latina, artes Pæonis, aſtra, Deos.

Iocoſum: ex doctrina Epicuri. Ad Flaccum.

FLacce bibe, atque iterū bibe, lude, iocare:
Cum te mortalem noueris, iſta face.
Delicijs animum ſapiens præſentibus exple:
Poſt mortem venient gaudia nulla tibi.

De Aulo, & Melchino μονομάχοις.

CErtauere pares armis Melchinus, & (Aulus:
Viribus hic, alter dexteritate valens.
Aulus at accepto lethali vulnere, in hoſtem
Fertur, & in madidā deijcit acer humum.
Imponitque enſem iugulo: mox forte petenti
Dat victo veniam, ſat potuiſſe ratus.
Ergo dedit vitā, quā poſt (heu) pdidit ipſe;
Victor victoris, victor & ipſe ſui.

DIO-

DIONISII RVGERII AD BARTHOLOMAEVM CROTVM.

IMpia mors magis hominũ contraria votis
Crebra quatit noſtras, Bartholomæe, Domos.
Languida mẽbra toro poſui, ſpes cuncta ſalutis
Me fugit, & feruens hemitritæus habet.
Quod mihi mors grauis eſt, tãti tu cauſa dolo-
Si te non linquam, morte perire iuuat. (ris:
Heu me non poſthac tua dulcia verba iuuabũt,
Non me, Crote, tuæ fructus amicitiæ.
Me flebis ſolus per deuia rura, dolorem
Nec tibi, qui verbis eleuet, vllus erit.
Ad diuina canes cuinam tua carmina poſthac?
Cui pectus pandes, Crote diſerte, tuum?
Sed cum ſit ſtultum cælo contendere, quò me
Inuitum ducunt ſidera ſæua, petam.
Eia age iure ſuo, quæ tantum corpora perdit,
Me mors in mæſtos cogat abire rogos.
Non omnis moriar; viuam meliore ſuperſtes
Parte mei, & felix ſidera celſa petam.
Impia non ſacras potis eſt mors lædere muſas:
Incipiunt Vates viuere, cùm pereunt.
Si mihi liuor edax nocuit, poſt fata tacebit;
Nec faciet tota quo minus Vrbe legar.

Iam mea perpetua noſcentur paſcua fama,
Et pariter current docta per ora Virum.
Dicere ſi quis erit tamẽ in mea ſcripta paratus,
Quid poſſit Crotus, ſentiet ille, meus.
Quid timeã rabidis ſurgentem dẽtibus hydrã,
Si pro me Alcides protinus arma capit?
At tu, quid fruſtra vibras Mors improba falcem?
Vindictæ ipſe tuæ non ſatis vno ero:
Æternùm noſtro viuent & carmine multi,
Quos ego ſurripui legibus ipſe tuis.
Ergo nulla meum comitetur pompa cadauer;
Sintque procul tumidæ funeris exequiæ.
Mœſta nec inſignes Proauos mihi Nænia cantet;
Splendeat & triſti purpura nulla toro.
Sint procul & Ciliciũ meſſes, floreſque Sabæi:
Sat, ſi me Muſæ non periiſſe velint.
At ne aliquis Manes queat ignoraſſe cubãtes,
Nota his verſiculis Vrna duobus erit.
Paſcua qui cecini, tegor hac Dionyſius vrna:
Me cita mors vetuit dicere Rura, Duces.
Hanc ſi forte aliquis Muſarũ ſpectet amator,
Iſtius, is dicat, molliter oſſa cubent.

Paſco-

DIONYSIVS RVGERIVS FEDERICO RVGERIO S. P. D.

SIluulam, quam de laudibus. Sūmi Pont. Iulij II. eo tempore ſcripſi, quo ex Vrbe ✻ ✻ ✻ ✻ *expulſi ſunt, cui mittere deberem, non diu quæſiui, Federice Iuuenis optime, mihique cariſſime. Tu enim ſtatim occurriſti, cui haſce meas inſcribere nugas minime dubitandum cenſerem. Nam, vbi ingenij mei vires ſatisfacere nō poterunt, amor in te meus ſatisfaciet. Tutiora enim arbitror eſſe mea carmina apud te, etſi mala, quàm apud alios, etſi bona. Tibi igitur ſcriptionem hanc, qualiſcumque eſt, nuncupo, vt ſit amoris noſtri monimentum, & ea inſuper de cauſa, vt ſi quando ab illis tuis grauioribus ſtudijs ceſſare dabitur, habeas, vnde animū relaxare queas. Vale Regij 1507. 4. Id. Aprilis.*

VICTORIA IVLII II. PONT. MAX.

DIONYSII RVGERII.

SILVVLA.

QVis poſthac nullos hominũ curare labores
Obijciet Superos? penitusq́ quieſcere dicet
Numina, & incerto volui mortalia caſu?
Cum pateat cunctis, extolli ad culmina rerum
Iniuſtos, non vt malefactis magna rependant
Præmia Dij ſuperi; verùm vt de culmine lapſi
Maiore agnoſcant, cæli quid Numina poſſint.
En modò ✲ ✲ *Princeps, qui tãgere cælũ*
Poſſe videbatur digito, tenet vltima rerum,
Expertus tandem magnus quid poſſit Iulus,
(Iulus ab antiquo qui ducit nomina Iulo)
Tempora cui fulgent triplici redimita Tiara.
Sub iuga flectebat miſerandum ✲ ✲ *collũ*
Illius: haud ſiuit Iulus, ſæuumq́ Dynaſtam
Extulit: illa caput nunc demum libera ſoluit,
Et nimium exultans placida ſub pace quieſcit,
Irati ſecura hoſtis. Vos pandite Vati
Pierides, magnum quis Terris miſit Iulum.
Poſtquã diſiũxit Princeps elementa Deorũ,
Confuſumq́ chaos partirum diduxit in orbẽ,
Et ſtatuit proprias cunctis animantibus ędes,
Concedens homini terras, generique ferarũ,
Aerẽ

Aëra pennatis, ſpumoſum piſcibus æquor:
Aurea progenies placido regnabat in orbe,
Inſcia quæ ſcelerum, paruo cõtenta manebat.
Nullus adhuc domitis fũdebat ſemina campis,
Poma ſed incultis paſſim pendentia ramis,
Et quas innumeras glandes Dodona ferebat,
Illi victus erat, puriſque à fontibus vndæ
Præbebant potus: dulces in gramine ſomnos
Carpebant tuti: nullis nam læſa pruinis
Æquora perpetuos reddebant ruris honores:
Nullus adhuc fuſos limes diſcreuerat agros,
Cuncta ſed in medium tellus inarata ferebat.
Non diues, non pauper erat; non cauſa malorũ
Inuidiæ, non dira ſuperbia, non mala peſtis
Blanditiæ, non angor erat, non cura, dolorue.
Non lucrũ, non turpis amor nec bella, nec ẽſes.
Ira, metuſque aberant, aberant liteſq́; doliq́;
Pallenteſque ſimul morbi, & diſcordia demẽs.
Iuppiter at poſtquã Patrem deiecit Olympo,
Tum mores alios tellus, & nomina ſumpſit.
Deterior ſubijt proles argentea Mundo:
Non tamẽ iſta ſcelus, nõ triſtia crimina norat,
Fallere ſed tantum volucres, & figere ceruos,
Paſcere ſed pecudes, atque exercere choreas.
Sæuior hinc ætas laxatis ærea habenis,
Crimina multa tulit. cũctis iã noſcitur Hermus
Et nitida Pactolus aqua, Gangeſq́; Taguſq́;
Noſcũtur Gryphes, fuluaq́; Arimaſpas arena.
Sub iuga iam domiti mittebãt cornua Tauri:
Sollicitare ſolum ferro monſtrabat Oſyris,

Immiſſiſque ſibi ſonipes parebat habenis.
Ingluuiem exercens ſiluas tum ſæua Luporum
Inſiliit rabies, virus tum vipera miſit.
Ferrea dehinc ſoboles nullis imponere metã
Criminibus nouit, nullis non parcere votis.
Itur in omne nefas: non tutus coniunge coniux,
Diligit haud fratrem frater, natuſue parentẽ.
Cana Fides aurum, ſtricti enſes Iura putãtur:
Phlegra gygantæo iam ſpumat ſanguine vallis.
Audent quin etiã moles ſuperaddere Olympo
Pelion, atque Oſſam, Superiſq; indicere bellũ
Terrigenæ duri, Martemque laceſſere telis.
Ergo nequicquam puro diſiunxit ab igne
Aëra cura Dei, terris vndam, aëre terras;
Cum vacuum fictis ſcrutari Dædalus alis,
Nec vitam dubitet dubio committere Ponto
Typhis, inexperto traducens remige claſſem:
Audeat ætheream ſedem violare Prometheus,
Legeque neglecta cælo deducere flammas.
Crudelis genitrix natorum tingere dextram
Sanguine nil verita eſt, aut ſcindere corpora
(fratris:
Hi poſt fata negant bello ſe imponere finem
Seditione rogi. Patri rapit illa capillum:
Impia, quæ potuit Genitorem inuadere ferro;
Improba, quæ turpi potuit ſuccumbere amori.
Ecce ſenis Priami bello laſſata decenni
Regna cadunt, Simoïs rutilanti ſanguine poſtq;
Vndauit toties, & fortia corpora voluit.
En ſurgit Latio moles Romana, madentque

Nondum perfecti fraterno ſanguine muri,
Pharſalicumq; nefas iã ſpectat Teſſala tellus,
Romano rutilus dum ſanguine currit Enipeus,
Concurrũtq; ſimul fratres, natiq; Patreſque:
Nec dum ſiccatis primarum ſanguine campis,
Æmatij montes acies videre ſecundas.
At nunc atra implẽt macie Parmenſia rura
Faſtidita feris Gallorum corpora: Tarus
Ipſe quoque euoluit galeas, & ſcuta, Viroſq;
Talia deſpiciens è celſo Iuppiter axe,
Quid faciat? perdat ne genus mortale flagrãti
Fulmine? an immenſũ peſſundet fluctib⁹ Orbẽ?
Ille bonus, tandem terras miſeratus, ab alto
His Iulũ miſit, quercuſq; Inſignia, dictis. (bat
Vade age: quæ quõdam præbere alimẽta ſole-
Felici ſęclo, Quercus Inſignia defer.
His pateat, Superis te miſſum Numẽ ab oris,
Impia quò Auſoniæ tollas fera crimina gẽtis.

DIONYSIVS RVGERIVS FEDERICO RVGERIO S. P. D.

RVde quidem, & incomptum carmen modo pertexui, Federice, ſed excuſatione dignum, quòd infauſto mihi tempore ſcribendum fuit, & præcipiti conſilio tibi committendum. Æquus tñ Iudex non modò, vt ſpero, non damnabit dolentem male dixiſſe, ſed mirabitur potius aliquid dicere potuiſſe. Veritus præterea ſum, ne ſi apud me diutius haberẽ, minus gratum foret hoc ſcripturæ genus, quo acerbiſſimum Fratris obitum qualicunq; carmine celebraui. Tu igitur, & ſi ea, quæ verſibus debetur, hic minime adhibita fuiſſe lima videbitur, non propterea negligentiæ nomine accuſare me debes, ſed mærori potius, properationiq; meæ cauſam adſcribere, cum vnius tantummodo, aut alterius diei ſpatio; nõ calore Pierio, ſed graui dolore compulſus; & hoc ad te Epicediũ, & aliam ad Crotũ Elegiã effuderim. Tibi tamẽ, Federice, hoc quidquid eſt, gratũ eſſe debet, vel munere, ſi placuerit, vel amore erga te meo, ſi diſplicuerit. Vale ex Ædib9 III. Kal. Iulij. MDVII.

DIONYSII RVGERII EPICEDION.

QVO VINCENTII RVGERII FRATRIS MORTEM DEPLORAT.

ME miſerũ, quo te deflebo carmine frater?
Quo gemitu immẽſũ potero ꝓferre dolorẽ
Cũ me morte tua fugiãt ſacra carmina, cũ me
Afflatus moueat nullus? furor entheus ille
Non agitet ſolitus Vatem, non Delphica laurus
Aſſuetos cingat crines, Chelys ipſa fatiſcat,
Nec digitos vltra noſtros, aut carmina curet.
VINCENTI ignoſce, fraterni ignoſcite manes.
Te propter ſacro grege ſeparor: at mihi vires
Supremo præbebit amor in carmine: nãq; es,
Æternùm noſtro ſtatui quem munere dudum
Viuere (ſi forſan tantùm promittere poſſum.)
Sed quanquam hoc dudum ſtatui, nollẽ tñ iſtã,
Frater, adhuc nobis (ſic demẽs vota retracto)
Materiam inueniſſe, piæ quò pandere mentis
Poſſẽ arcana mea. Verùm id crudelia poſtquã
Fata volũt, lacrymãs mea triſtia pectora ꝓmã
Nequicquã ingratũ ad tumulũ, maneſq; ſilẽtis.
Quid primũ querar? vnde meis exordia ſumã
Lamentis? me mille vocãt hinc inde querelæ,
Nec primã inuenio: quin primæ protinus õnes
Cõſurgũt, magnoſq; vetat dolor edere plãctus.

Ipſa natant lacrymis miſeri ore effuſa Poëta
Carmina. Vix dū prima genas lanugo tenebat,
Cùm tua Te grauitas, tua cū prudētia, cū Te
Intemerata fides, mores, ꝓbitasq́, puderq́,
Oſtendere ſenem. Vidit populusq́, Patresq́,
Grandæuis Iuuenem præbere ſalubria ſæpe
Conſilia, atq; amplas agitare in pectore curas.
Tu miſeras ſolitus viduas, tu ſponte fouere
Pupillos, inopes tutari, amplectier omnes.
Et tibi munus erat, varias componere lites;
Mitibus & ſæuas verbis mulcere querelas.
Iamq́, tuam poſcebat opem Res publica, iā Te
Curia poſcebat, mentem mirata, tuumque
Protinus ingenium excellens florētibus annis.
O quæ fraternam tentarunt gaudia mentem!
Cū te omnes pariter peterēt, pariterq́, vocarēt,
Cū ſenibus iuuenes, cum ditibus æris egentes,
Matres atq́, Viri. verùm; heu, tua triſtia fata
(Triſtia, quæ obſtarūt ingētibus inuida factis)
Te, Frater, validæ vix acto flore iuuentę
Affixere toro, ſedeſque relinquere noſtras
Iuſſere, & miſerū lacrymis me līquere fratrē.
Nil medicæ valuere manus, nil vota, preceſq́,
Nil neq́, odoratis accenſa Altaria flammis.
Perfida, quid tantum nobis fortuna bonorum;
Vt citò ſurriperes, tribuiſti? triſtis, & atrox
Mōſtraſti potius, magis vt mea dāna grauares,
Appoſitaq́, atras noſſem magę luce tenebras.
Cōtinuo at quanquā gemitu plorāda, tamē me
Ad lacrymas vix facta mouēt tua, fr; at ipſa

Quæ

Quæ facturus eras. quãtũ abſtulit inuida nobis
Illa dies, quæ me præſentibus atque futuris
Orbauit, tantoſque dedit ſperare labores.
Heu longùm lacrymanda mihi, nigroq; lapillo
Perpetuò ſignãda? mei mihi dulcia fratris(læta
Nomina, & æternũ decus abſtulit: hei mihi
Perniciem in noſtram Maij venere Calendæ.
Nunc ſiluæ, nũc rura canũt, nũc õnia gaudent;
Solus ego triſtes lacrymas, & triſtia voluo
Carmina, & ad mutũ cinerẽ queror. hei mihi
Frater
Hoc paruo tegeris tumulo! quid frigore tãto
Segnis, inersq; iaces? quò nã tua dulcia verba,
Arguti quò abiere ſales? quò ſpiritus ille,
Quò tuus ille oculi nitor igneus? aut vbi reſtãt
Excellens pietasq; tua, & tua viuida Virtus?
Tune igitur conſueta negas ſolamina fratri?
Nil mihi reſpondes? nil curas verba querẽtis?
Heu nunquã ceſſure dolor, quãdo vſq; tacebit
Ille, meas ſolus poterat qui tollere curas. (bis
Sed quando & lacrymæ tantũ, & ſuſpiria no-
Ipſa placent, quid mi facundia tanta negatur,
Qua poſſi exprimere, triſti quod pectore ſeruo?
Magno etenim verſus ſperẽ ſi æquare dolori,
Non ego Mæonidem metuam, cultumue Ma-
ronem.
At vos crudeles Parcæ, cur flore iuuentæ
Tollitis immeritos, dignosq; ſenilibus annis?
Sic natum Naſamone Deo, poſt funus acerbũ,
Ah nimium tenui Babylon tegit alta ſepulcro:

Sic quoque mœſta Thetis Pelidē luget adēptū
Morte cita: ſic te cuncti, ſpes magna tuorum,
Ereptum lugent. quantos Vrbs Regia luctus,
Te pereunte dedit? quanto gemituq́, doloreq́,
Immatura tui plorarunt funera Ciues?
Ergo mihi & liceat manibus laniare capillos,
Et largos fletus, & fœmineos vlulatus
Mittere te amiſſo; te amiſſo, frater amate;
Crudele & cælum, crudeliaq; aſtra vocare.
Sed quid ego Diuos, quid Numina ſācta laceſſo?
Quòue mei rapior demens oblitus honoris?
Impia ſecla bonos nequeunt retinere, Poloq́,
Aſtra vocāt homines, meritis Virtutis onuſtos.
En mouet hinc Rhodanus, bella illinc horrida Iberus,
Et fera p terras paſſī bacchatur Enyo.
Sāguine miſcētur fluuij, & ſine honore ſepulcri
Humana in latis marceſcunt corpora campis,
Alituumq; cibus fiunt, & præda ferarum.
O nimium fugienda mihi ſolatia, quando
Non fugiſſe datum eſt cuiquam fatalia iura!
Felicem, Frater, te poſſum dicere, poſtquam
Tempore in extremo ſenſiſti grata tuorum
Munia. Te vidi morientem, oculosq́; labātes
Preſſit amica manus: cara à ceruice pependi,
Singultuſque pios ſuſpiriaque vltima legi;
Extremos nobis monitus, extrema dediſti
Oſcula: vidiſti mœſtā Matrē, mœſtasq; ſorores
Liuentes laniare genas, & plangere pectus.
Nō medicæ (ſed fruſtra) artes tibi, nō tibi fra- (ter
Defuit officium tumuli, non funeris atri

Exequiæ:

Exequiæ: geſſere tuum pia colla cadauer
Speratum ad tumulum: ferales ducere pōpas.
Profuit, & plenos tibi reddere mortis honores.
Prӕterea ſacras incendi Manibus aras,
Extremumq́; vale, dixiq́; nouiſſima verba,
Accumulans Ciliců meſſes, floresq́; Sabæos,
Luteolasq́; roſas, & olētis gramina Thymbræ.
Felix, ſed multò magis hoc felicior, ipſa
Quòd merito æternã dederũt tibi fata quietē.
Quòd ſi Dijs benefacta placēt, ſiq; ignea virtus,
Si turpi ſine labe animus, corpuſq; pudicum,
Nõ dubitē iam te, ſuperos habitare Penates.
Nos igitur ſpecta interdũ, nos ſupplice voto.
Cõmēdaq; tuos Diuis, & Numinis auras.
Triplicis exora, Frater, dum ſorte beatus
Ipſe tua, noſtros miſeraris ab æthere fletus.

Eiuſdem ad Bartholomæũ Crotum, Epiſtola.

IAm pia ni noſtrum rapuiſſent ſidera fratrem,
Crote, animi pars magna mei; tibi plura de-
Carmina, nec traherē tã lõga ſilētia tecũ. (diſſē
Quin etiam eximij ſpectarem optata Sodalis
Ora mei: & viuas voces, & candida verba
Lætior aſſueto acciperemq́; daremq́; viciſſim.
Dura ſed, & noſtris nimiùm cõtraria rebus,
Fata vetant, quæ noſtra olim ſolatia læta
In luctus vertere: iuuatq; vacare dolori
Inſano, longoſque dies conſumere luctu. (rũt.
Heu miſerande nimis, quæ nũc te ingrata tule-

Fata

Fata mihi? poſthac dulciſſima verba loquentē,
Haudquaq; audiero, queis me laudare ſolebas,
Incendens animum pulchris & pectora dictis;
Siue arguta breui ſtrinxiſſem carmina gyro,
Siue Syracuſijs aliquid meditatus auenis,
Diuino & Phœbi non rarò percitus œſtro,
Cantaſſem ſubitas properato carmine Siluas?
Nō equidē audiero, ſed mētis acumine cernā,
Et tua nota meis occurrent oribus ora.
Celſa prius ſummo labentur ſidera cælo,
Aut gelidis Lybię nimbꝰ prius arua rigebunt,
Et Scythico ſiccæ ſtabunt in litore arenæ,
Quàm tu care meo labaris pectore Frater?
Falce ſua rapuit non te mors inuida nobis:
Viuis adhuc, Frater viuis, melioreq; mecum
Parte manes, vnumq; iacet tellure cadauer.
Tu mecū es, ſeu Phœbus obit iā lāpade terras:
Tu mecum es, puro lucent ſeu ſidera cælo.
Hoc mihi, ſi cupiant, nō aſpera fata vetabūt:
Aſpera, quæ noſtras nūquā audiuere querelas.
Vnum te propter mœſtiſſima carmina pāgam,
Qualia, queis carū viridi Philomela ſub ūbra
Plorat Itym, queriturq; amēs triſtiſſima fata,
Irrequieta diem noctemq; vno ordine ducens.
Heu funeſta dies, heu noſtris inuida rebus,
Quæ tot læta ſimul perierunt gaudia tecum,
Care tuus quæ frater amor mihi dulcis alebat.
Quid mores meruere tui, probitaſque, pudorq;
Incorrupta fides, & nulli obnoxia culpæ
Pectora? quandoquidē vix dū florente iuuēta
Imma-

Immatura lues dulci te ſuſtulit aura.
Quid iuuat, heu, toto ſectari pectore Rectum
Cum rapiant mala fata bonos? heu tẽpora læta,
Crote, diu periere meis accommoda Muſis.
Nil niſi iucundum tecum, niſi dulce loquebar:
Nũc verò niſi triſte loqui, niſi voluere amarũ
Mente iuuat: iuſtas leuior dum fundo querelas,
Fit dolor. vt duro religatus compede foſſor
Solatur miſeram funeſto carmine vitam:
Sic nos tecum animum ſolamur queſtibus iſtis,
Tecũ, inquã, cui noſtra patẽt præcordia, Crote,
Noctes atque dies. Quod ſi poſt funera Fratris
Non tu, cui noſtras poſſem narrare querelas,
Reſtares, tantis mœroribus vndique cinctus
Poſſe mori cuperem, infauſtas & viſere ſedes
Vmbrarum, inuiſaque diu priuarier aura.
Quòd dolor iſte igitur non me crudeliùs vrget,
Muneris eſt hoc, Crote, tui, cui tẽpora longa
Dent vitæ exopto, quæ ducunt ſtamina, Parcæ.

Eiuſdem Iſagogẽ ad Albertum Rugerium ex Pythagora.

Accipe quę Samius vitę pręcepta beatę(tis
Pythagoras doctis iã tradidit aurea char-
In primis venerare Deum, ceu lege iubetur,
Atq; pias huic funde preces, hũc sẽper adora:
Nec merito Patres vnquã fraudaris honore.
Proxime ama natos. ſi quis virtute refulget,
Hunc tibi amicitia iunges, hunc inter amicos

Primum

Primũ habeas. tibi ſume bonos, depelle nocẽ-
Nõ odio errantẽ in paruis ſecteris amicũ.(tes.
Deuita ſomnum: ventrem, iram, luxuriemq́,
Effuge: non turpem cum alio, nec ſolus ages rẽ,
Teq́, tui ipſius pudeat. ſeruare memento
Iuſtitiam ſermone, & re, tradens ſua cuique.
Rẽ ſtulte perages nullã: memor omnibus eſto,
Eſſe datumq́, mori, deberiq́, omnia morti.
Tempore diuitias ſerua, ſed tempore laxa.
Cũ mala multa ægris veniant mortalibꝰ, idem
Si quandoque feres partem, perferre labora.
Sic autem perferre queas, ſi mente volutes
Non multos offerre bonis pia fata labores.
Ne mirere; ſinas neq; te ſermonibus vllis
Ambiri, vnde pedẽ nequeas iã flectere tutus.
Turpia ſi quiſquam dicet mendacia, ferto:
Tu proferre caue. quid enim tibi talia pſint?
Deniq; tolle memor, quod dicã, & figito mẽtes.
Hoc caue, ne quiſq; dicto, aut facto capiat te.
Quod tibi nõ frugi eſt, facito, ſeu dicito nũquã.
Si quod es effecturus opus, te conſule primùm;
Namque hominis timidi facere eſt, aut dicere ſtulta.
Illa caue efficias, quæ mox mutare labores.
Nec fac, quæ neſcis, verùm quæcũq; neceſſe eſt.
Plurima diſce libens; poteris ſic ducere vitam
Felicem in terris, opibuſq; ingentibus auctam.
S[illegible] neq; cura tibi fuerit poſtrema ſalutis
Corporis: hinc potus tibi ſit menſura, cibique,
Et ſtud[illegible]; tibi ne fiat menſura moleſta,

Viuendi

Viuendi facilemque modũ, firmumq; tenebis.
Quæque odiũ pariunt, vita: nec prodigus idẽ,
Sed neque auarus eris: Menſura eſt optima rerum.
Ne prius irriguo tradas caue lumina ſomno;
Hæc tria quàm exactè percurras acta diei:
Quò acceſſi? quid feci? quid benè, quid malè dixi?
Si mala feciſti, doleas: at, ſi bona, gaude.
Hæc ſequere, hæc meditare, hæc ſolum amplectere ſemper,
Quæ te ad virtutis per celſa cacumina ducent.
Ne ſecreta velis Naturæ noſſe, quaternum
Quæ dat noſtræ Animæ numerũ, ſed Numen adora.
Sic pariter noſces naturã hominumq; Deumq;
Atque vt prætereunt, atque vt ſe quæq; tuẽtur:
Mortaleſque ſua noſces mala ſponte ſubire.
O miſeri! bona cum prope ſint, haud cernere poſſunt,
Nõ audire: malum pauci diſſoluere norunt;
Vſq; adeo male ſana hominũ mẽs õnia verſat.
Tu tantis vel ſolue malis, pie Iuppiter, õnes,
Vel ſortẽ oſtendas, qua quiſque hic debeat vti.
Tu confide tamen: cælo mortalibus alto
Eſt genus, his Natura potens ſacra ſingula monſtrat:
Quorũ ſi quod habes, vices: ſi, quod iubeo te
Curaris. ſolues animumque laboribus iſtis,
Si viues parce, ſolers pende omnia; doctum

Iudi-

Iudicium ſuper aurigam iam ponere cura:
Sic, cũ pallida mors, quæ nil niſi corpora ſoluit,
Te petet, ad ſummi perges faſtigia cæli,
Immortalis eris Diuus per ſecula cũcta.

Eiuſdem Ode
De Anna Becheſina à Patruo, quòd eius inceſtis votis obtemperare noluerit, interfecta.

VIrgines Diuæ, teneri pudoris
Præſides, ſancti ſtudioſę honeſti,
Verſibus noſtris faciles, precamur,
Eſte fauentes.
Virginis caſtæ celebramus altum
Pectoris robur, niueoſque mores;
Vatibus ſummis meritaſque dici
Carmine laudes.
Horridùm frendens tenerum pudorem
Hoſtis intentat ſuperare ferro,
Quem prius nulli potuere amores,
Blandaque verba;
Reſtitit cunctis animoſa Virgo
Artibus vafri: laniata pectus
Suſcipit conſtans per honeſta diram
Vulnera mortem.
Hanc prius, quàm vult maculare vitam;
Aut Patrum caſtas temerare leges:
Hanc prius, quàm ſe Patrui nefando
Crimine pollui.

O decus

O decus magnum, Patriæque ſplendor,
Cælitum conſors, memoranda Virgo,
Viue felici regione cæli
Vna Dearum.

DE hac eadem extat Regij Epitaphium, à Decio Arloto, vt nuperrimè audiui, eleganti carmine ſcriptum, aureiſque, vt illa meruit, literis Pario marmore inciſum, in æde D. Dominici dextera in parte Sacelli D. Hyacintho dicati, hoc titulo.

Annæ Virgini Nænia.

NIL venerabilius, referat ſi Petra iacentē
Vrna hac: ſi cauſam, nil miſerabilius.
Cauſa libido, furor, feritas: iacet Anna pudici
Laus ſexus, Patriæ gloria, ſtirpis honos.
Maluit immunis Neptis, quàm turpis amica
Dici, & quàm pellex viuere, Virgo mori.
Trux furit in mitem, inuadit laſciuus honeſtā,
Ex Patruo lictor, ex comitante Latro.
Cæſa triūphato geminū gerit hoſte triumphū:
Hic animus conſtans, hinc ſine labe caro.
Oſſibus hic locus eſt, virtuti Animæq; ſacellū,
Cui pia turba ferat balſama, thura, faces.

Huius Virginis decantatiſs. in gratiam Viri nobilis, ciuis mei, hoc quod ſequitur, Elogium ſcripſi, I. V.

ANNAE

ANNÆ BECHESINÆ VIRGINIS INTEGERRIMAE.

QVAE

NE CASTITATEM AMITTERET, VITAM AMISIT.

HISTORICVM ELOGIVM.

ANNA Bechesina; quotquot Regÿ Lepidi fuerunt, quotquot futuræ ſunt, Virginum Decus; in periculoſiſſimam Pudicitiæ propugnandæ arenam, non ſemel aut iterum, ſed ſæpe ac ſæpius ab hoſte domeſtico, omniũq; immaniſſimo hominum Monſtro pertracta, conſtantiſſimè repugnans ſanguinem potius ac vitam effundere, quàm ſemel captum tuendæ Virginitatis propoſitum deſerere ſtatuit. Orta eſt hæc ſtrenuiſſima Virago in Oppido S. Martini agri Regienſis, ex honeſtis illis quidem, ſed tenuioris fortunæ parentibus. corporis eximia ſpecie; animi autem, ſi hæc quoq; cerni potuiſſet, pulchritudine multò ſpectabiliore. Patruum habuit M. Antonium Bechesinum; cui non modò ex fratre, verùm

etiam

etiam ex ſorore Neptis erat; hominem vulgarem; fabrum lignarium, ſordidum, atq; vti credere par eſt, omnibus flagitiorum generibus mancipatum: vini certè adeò ſtrennũ potorem, vt ab exhauriendis quamtumuis capacibus Amphoris, Amphorarum Siccatorē per iocum appellarent. Is inſano caſtiſſimæ Puellæ; quæ XVI. annum vix attigerat; & plane execrando amore correptus, varijs primùm blãditijs; quæ patrij adhuc affectus ſpeciem pre ſe ferebant; mox clarioribus indicijs, denique apertiſſimis verbis furorem ſuum profiteri auſus: rogare, multa polliceri, nihil nõ, vt in ſua vota pelliceret, tẽtare aggreſſus eſt. ANNA admirari, perhorreſcere facinus, genibus illius aduoluta non ſine lacrimis orare, obteſtari, vt tanto vellet flagitio & dedecore abſtinere. Nolentem, vrgentem, magis ac magis debacchantem, vimq; afferre conantem, ſubmouere, obiurgare, egregie ſe tueri, et virtute quadã, fortaſſe cælitus imiſſa, tandem repellere. Hanc pugnam Virgo tenella poſtquã diù multũq; per interualla pugnauit: ipſeque iam ſe mira eius conſtantia victum fateretur (venia etiã petita, & ea, quæ in præcordijs adhuc vigebat inſania, aliquo tempre egregie diſſimulata) iam plane ſecuram, vt vna ſecum in Patriam redire vellet, facile adduxit. In itinere; quod per quędam diuerticula Nepti ignota faciebat;

ab Vrbe longe, ab Oppido cũ propius abeſſent; ex occaſione ſolitudinis inceſto amore inflammatus magis, aut vitam, aut pudicitiam illi eripere (ad extremam videlicet iam perductus amentiam) ſceleratiſſime cogitauit. Denuo igitur aggreditur ſuſpenſo iam pede vadentem, & valde ſolicitam (nam locus timoris multũ iniecerat) blanditijs primùm atque omnibus illecebris, vt habebat de more: mox minis, neque intra verba; nam ferrum oſtentabat. ANNA neq; illis, neq; his moueri: accedere ad ſe volentem maiore, quàm pro ætate, & animo & nixu reijcere: Gladium intentanti pectus & iugulum offerre, corporis copiam auferre. Nolebat ille, quã malè deperibat, Puellam vulnerare: ſed corpori parcens, cuius venuſtatem ſpectabat; animę cuius multò, excellentiorẽ ignorabat pulchritudinem, mortem inferre cupiebat. Igitur, dum mentem atque animum ſuſpenſum habet, & quid ſibi agendum ſit, paullò attentius examinat, neſcio an fœdiſſimum aliquem Dæmonem Pudicitiæ hoſtem, an ſuam potius audierit ſuadentem inſaniam, ne occaſionem amitteret, non amplius reuerſuram. Irruit ergo in eam, vt ſibi amicam ex Nepte faceret, vel nolentem. Illa obnititur contra, nec manus abſtinet; ſed intra noxam; ne peccet in eum, quem colebat, vt Patrem: ſic tamen repugnans, vt voti ille compos fieri nequaquam poſſet.

poſſet. Tum ſæuiſſimus, nôn Patruus ſed Latro, præ indignatione & iracundia ſui non amplius potens, ac plane furens, in eam, quam à prima pueritia aluerat quaſi filiam, velut in hoſtem ſæuire cœpit, multiſq; vulneribus immaniſſime confecit, gratias agentem, quòd ſibi vitam adimeret, relinqueret Virginitatem.

Sic obijt ANNA 4. Id. Iulij Anno Domini MDXXXVI. atque in ea ſolitudine, ne quis factum reſciret, ab eodem confeſtim humata, de immaniſs. Interfectore ſuo glorioſiſſimam retulit victoriam: geminaq; altera Virginitatis, altera Martyrij Laurea inſignita, cæleſte, vt mox patuit, Capitolium triumphanti ſimilis ingreſſa eſt. Nam ferūt, anni tempeſtate iam intempeſtiua, ex ipſo Virginis corpore, non ita multò poſt, lilia enata fuiſſe: quæ ob rei nouitatem ac miraculum omnium in ſe oculos conuertentia, vnaque cū tellure adiacente ſtatim auulſa, candidiſſimi pectoris Puellæ corpus ſanguine infectum, tot plagis acceptis deformatum, & crudeliſsimi ſimul Patrui exhorreſcendū facinus detexerūt. Quo autē tēpore illa in Vrbē ſpecioſiſsimi funeris pompa reportata eſt: Patruus in teterrimum carcerem eſt coniectus. Qui nec tortus, factum confitens, non multis poſt diebus, in currum ſublimis rapitur: per publicas Vrbis vias traducitur: ignita forcipe ſubinde conſtrictus

victus cruciatur. Denique vltimo, ac turpiſſimo ſupplicij genere affectus, atq; in quatuor partes diſſectus; dũ ANNÆ Virgini, ob pugnã adeo egregiè pugnatam, marmoreus Titulus inſcribitur: arboribus ille, ſub quorũ funeſtiſſima vmbra immane illud facinus perpetrarat; vt debitas tanto ſceleri pœnas vel mortuus exſolueret; ſuffigitur.

FRAN:

FRANCISCI DENALII CELEBERRIMI I. C.

DE CLYTIE, ET PHOEBO.

PHæbum adamat Clytie, Clytien ſed Delius odit:
Ardet Nympha vndis edita, Phœbe riges.
Aſpice, quàm pueri mirāda Cupidinis ars eſt;
Quo caret alteruter, tradidit alterutri.

De Iunone, & Venere.

CYpria dum dubitat, faceret puerum ān ne puellam;
Iuno ait, haud dubites, Hermaphroditus erit.
Tū Venus. In vetulā te, ſi placet, īuida mutæ;
Iuppiter extendit cornua namque Tibi.

De Diana, & Venere.

REpperit Idaliam nudis cū Marte papillis
Luctantem in Geticis caſta Diana iugis:

Hinc ait improperās: nō vos ludibria terrēt
Paſſa olim, cunctis fabula nota Dijs?
At tibi, quæ Diuos pro virginitate rogaſti,
Eſt minus, ipſa inquit, cognitus Endymiō?

De Narciſſo.

Quod cupis, illud habes: optādi finis habēdi
Pricipiū eſt: demēs quid cupis ergo Puer?
Quidquid amas in te eſt. verū, ſed poſſe potiri
Nō datur: optatur qui mihi, fructus abeſt.

De eodem.

CVI fūdis Narciſse preces? te ludit imago
Vana, nec humanis ſubdita blanditijs.
Accipis, & præbes idem Narciſse querelas;
Atque idem demens te tibi conquereris.
Solus amas, idem pariter tibi ſolus amaris:
Eſque idem ſolus, qui cupis, & cuperis.

De Nealce Pictore.

PIctor anhelantem rictu ſpumante Nealces
Finxit equū; caſus, nō ſolitæ artis, opus;
Concitus albentem contorſit in ora tabellam
Itaque, quod nequijt mens, dedit Artifici.

De

De eodem.

QVod deſiderium nequit, arsq́ explere; litura
Attulit: ira dedit, quod negat ingenium.

De Martia Puella.

MArtia prædixit, nulli ſe nubere velle,
Qui ſua, quàm ſeſe, malit habere domi.
Aſt ego Dijs odio, et quod plus, tibi Martia, nite
Mali, quàm quidquid dat Tagus, eſſe domi.

In Poetam Iactatorem.

COnſuluit nup cōſcripta ob carmina quidā
Democritum, an dici iure Poëta queat.
Hic ridens; nō tam verſus, quā inſania dixit,
Qua præſtas, Vatem te facit eximium.

De Muliebri incontinentia.

VXorē duxit, fuerat qui inſignis adulter:
Sollicitus meritò mox ſibi iure timet.
Obſeruat, tacet, explorat, cauet, excubat, inſtat,
Fingit, diſſimulat: fallit at illa tamen.
Vana maritorum cuſtodia; at vnica cuſtos
Queq́, ſibi: imponet, qua volet, Argo oculis.

De Monaco formoſiſſimo.

EXimio Iuuenis decoratus munere formæ
Clauſtra, Dei obſequio deditus, ingreditur.
Non hoc Oebalides, non hoc formoſior AEas;
Nõ Crocus, aut Cypriæ grãtus Adonis amor.
Obtulit hũc Genius pulcherrima dona Tonã-
Solo digna ratus talia dona Deo. (ti;

De morte ebrij.

EBrius è ſcalis lapſus ſpinaque refracta,
Dormiret dubius, ſeu moreretur, obit.
O quicunque paues lethũ, bona vina propina,
Sic largo poteris temnere fata mero.

Ad Hyllam.

MAiori deſiderio angor te, Hylla, vidẽdi,
Cum ſpectata diù tolleris ex oculis.
Ergò vos igitur mihi numina vel date Diui,
Istos, queis crucior, tollite ſiue oculos.

Eiuſdem Elegiacum Carmen Ad Phyllida.

LIber erã, nondũq; vllos expertus amores,
Ducebam lætus otia ſub ſtudijs.
Vos certè cuncti dudum nouiſtis amici,
Quàm fuerint vitæ candida facta meæ.
Nunc

Nunc Phyllis noſtros prædata eſt callida sẽſus;
Atque in ſeruili compede dura tenet.
Torpeſcit molli mẽs capta cupidine, & ægro
Haud animo ſupereſt amplius vlla quies.
Sæuus amor verſat rapidi me turbinis inſtar:
Mens deſiderio, ſpeque, metuque labat.
Incipiunt caſtæ nobis vileſcere Muſæ,
Cumque ſuo ſordet docta Minerua choro:
Non me nodoſi ſinuoſa ſophiſmata Iuris,
Nec Tullij compum detinet eloquium.
Nec decoris ratio, ratio nec laudis habetur:
Nullus quærendi nominis vrget amor.
Me penitus mihi ſurripuit, me perdidit, hacce
Lõge anima atq; oculis Phyllis amata magis.
Hiſce oculis delecta magis, mage culta, quid
Vris, & accenſas ſuggeris vsq; faces? (vltra
Si mihi vel me ipſo tu carior, ah mala quorsũ
Sæuire in noſtrum pergis acerba caput?
Te ingratam, immitẽ, crudeleq; arguis ipſa,
Respondes quòd nil tanto in amore mihi.
Sic ſane immitis, ſic ſane ingrata, dolentem
Vt plane illudas, & mea verba magis.
Tene feræ in campis Lybiæ genuitre leænæ?
Montibus aut Tigris protulit Armenijs?
Aſt ego de gremio te produſſe Dearum
Crediderim, aut miſſam ſedibus æthereis.
Diuini id certe fulgens decor arguit oris,
Sidereiſque pares ignibus iſti oculi.
Perniciẽ in noſtrã pulchri, ah, fulgens ocelli:
Vos eſtis damni maxima cauſa mei.

Vos primi mẽtis placidam irrupiſtis in arcem;
Vos animi inſtraſtis fortia caſtra mei:
Nec potuit ratio illatis obſiſtere telis:
Excepit victus ſpicula veſtra pudor.
Diſperеam, niſi te pulchrã minus eſſe praeoptẽ,
Ne ſis tam multis, lux mea, cara Viris.
Vel cupiã hoc potius, tantùm vt mihi pulchra (niteſcas:
Nã pulchram haud vni poſſe placere datur.
Sed placeas vtcũq; alijs, modò te mage amari,
Quàm mihi, iã nulli, aut poſſe placere ſcias.

De eadem.

SOla meos Phyllis potuit contundere faſtus,
Propoſitumque animi flectere ſola mei.
Phyllis, formoſo cuius nitet ore venuſtas;
Suffuſus niueo cuius in ore rubor.
Nam, poſtquã ardentes in me coniecit ocellos,
Accendit pectus protinus illa meum.
Quid mi Socraticis iuuit ſudaſſe libellis?
Stoice dogmatibus quid ſtuduiſſe tuis?
Magnifice toties quid profuit eſſe locutum?
Et iactaſſe animi facta ſeuera mei?
Te iuuat, improbe amor, me ſæuius vrere, (quẽ ſcis,
In tua difficiles iura dediſſe manus.
Deſine, magna tibi ſatis eſt iam gloria parta:
Me fateor captum numine, & arte tua.
Id certe fateor, nec iam tua iuſſa recuſo,
Inq; tuo vitam degere ſeruitio.

Seruitium

Seruitiũ mihi dulce nimis, modò Phyllis amori
Annuat, atq; æquas reddat amata vices:
Aut ſaltem noſtros non dedignetur amores,
Nec dura immeritas reſpuat ore preces.
Nec me deſpiciat, nullo licet ordine monſtrẽt
Conſpicuos meritis Atria longa Viros.
Nec noſtro aptentur gemmata monilia collo,
Nec veſte Attalica fulgeat alta Domus.
Nã bona ſunt animi, quæ iure merẽtur amari:
Mens recta, & puro in pectore firma fides.
Eſt, qui lucentes gemmas dare poſſit, & aurũ
Diues, & è rubro dona reuecta mari:
At tibi non deſunt, & prorſus auara puella eſt,
Cuius ab exiguo munere pendet amor.
Ipſe ego tentabo venturum extendere in æuum
Carmina, quę formæ ſint monimenta tuæ.
Nec parua è noſtris ſurget tibi fama Camœnis,
Nec leue de noſtro carmine nomen erit.
Inter noſtrates memorabere ſola Puellas,
Maiorumq; ibis docta per ora Virũm.

Ioannis Tuſci de Franciſco Denalio.

CEſſate, ò Iuuenes boni, ſeneſque
Mirari veteres nimis Poëtas,
Mirari & celebres nouos Poëtas,
Tibullum, Ouidium, optimum Maronem,
Bembum, Flaminium, bonumq; Cottam,
Et quoſcunque alios amaueratis;
Quòd cantus dederint ſonoriores,
Quòd verſus dederint iocoſiores;
Namque, quod iuuenes, ſeneſq; iidem
Egerunt lepide: æque agit venuſte
Luſtris vix modò quattuor peractis
Hic magnum Heſperiæ decus Iuuentæ.

CAMILLI BOSII IN OBITV FVLVII VRSINI.

TE pereũte, ſimul perijt nr̃a illa vetuſtas,
Reddita quo ſtudio clara Iuuenta tuo eſt,
Roma inquit: fallor, viues, doctiſſima viuent
(Rurſus ait) ſtudij dum monumenta tui.

In obitu Iacobi Boncompagni.

Quę mala fert miſeris mortalib⁹ ęgra ſenectus,
Et qua ſecla ferunt, morte obita vna obeũt.
Tu portum felix iam nactus munere Diuum,
Amplius haud ventos, naufragiũue times.
Immo certa ſalus tibi parta eſt, optime Pr̃iceps,
Cui vitam inuictam viuere morte datum.

Franciſci Pagani tumulus Ipſe loquitur.

SVbſidium fallax homini medicina, ſalutem
Dum ſpondet, mortem ſæpius accelerat.
Illa mihi auditum quærit dum reddere ſurdo,
Surda meis votis fata animam rapiunt.
Hanc modò felici excipiant pia Numina cælo,
Eſt, quòd agam grates iam, Medicina, tibi.

De vrbe Roma factionibus diuiſa.

Ecce iterũ ſũmo deiectam culmine Romam
Pompeij, & Iulij mens furioſa premit.
Brute pium, Photine pium iam reſpice ferrũ:
Quid ſeruaſſe iuuat, ſi peritura fuit?

De Pompeio magno.

Magne licet pharia iaceas inhumatus arena,
Non ideo eſt fati ſæuior ira tibi.
Anguſtum fuerat Tellus tibi victa ſepulcrum,
Nec decuit cælo te niſi, Magne, tegi.

De Lexio improbo homine.

QVI ſẽper iacuit, iacet hic: ſẽtina malorũ
Qui fuit, hũc tumulũ Lexius ecce habuit.
Vixerit hic quondã, vel nũc ſit mortuus, hoc tu
Noſce age, qui legis hæc; noſſe ego nõ potui.

Tumulus Auarí artificis.
Ipſe loquitur.

Horologi artificẽ me non benè nota fefellit
Hora, meũ properãs dũ rapit illa diem.
Diues opũ vixi pauper, quòd non mihi diues:
Heredis, fateor, nõn mea, vita fuit.

Ni.

Tumulus Nicolai Capardi Humaniorum literarum profeſſoris.

HIC iacet imiti cõſũptus morte Capardus,
Artibus ingenuis qui decus vnus erat.
Hic ſæuas dulci potuiſſet carmine Parcas
Flectere, ſi Parcas flectere quis valeat;

De eodem.

QVem claudit breuis vrna Nicolaum;
Doctum Grammaticum, piũ Poëtam,
Caſtum moribus, artibus politum;
Et Phœbi Decus, & nouem Sororum;
Hunc cohors gemit erudita Vatum.
Hunc Phœbus pater, & nouem Sorores
Exornant lacrymis, dolentq́; ademptum.

Tumulus Hippolyti Vicedomini Equitum Regis Galliæ cataphractorum Ducis.

SI mihi lãguenti virtutem extendere factis
Non licet, ingratũ eſt viuere, dulce mori.
Italus, & Gallus, Belga & Prouincia teſtes,
Quàm fuerit vita laus mihi cara magis.
Hic tandẽ iaceo conſumptus morte: iacentem
Conſũpſit toties quẽ Chiragra, & Podagra.

ASDRVBALIS BOMBASII
AD
CAECILIVM LANCEVM.

Candidiſſime Cæcili Poëta;
Quem caſtæ niueo ſuo Camenæ
Nutriuere ſinu; cui Apollo cinxit
Lauro cæſariem, deditque plane
Res nobis aperire mox futuras;
Me tuum tenerum, nouumque Vatem,
Dudum Caſtalij qui aquas nitentes
Vix primoribus attigi labellis:
Parnaſſi iuga me per alta ſacri
Tecum ducere, quæſo, ne recuſa.
Te quippe auſpice, non tuum Catullum
Solùm, quin etiam tuum Maronem
Auſim carmine prouocare culto.
Quin, ſpero, ipſi Areoſtio, corona
Triplici nitidum caput reuincto;
Sic fiam, (faueas Apollo cœptis)
Vt ſum ſanguine, proximus Camœnæ.

Ad Comitem Horatium *Malegutium*.

HOrati columen, decuſque Vatum,
Quē Muſæ, ſimul & Minerua; doctis
Certatim artibus expoliſſe gaudent:
Spectandam Populo tuam iocoſam
Fabulam, & cupidis tuis amicis
Des tandem facilis rogamus omnes.
Priſcos eia age redde Scenę honores,
Vt demum videamus (vndequaque
Attollente manus tibi Theatro)
Mores, atque iocos, facetiaſque,
Motus, vincula, diſſolutiones,
Et quæcunque boni ferunt Poëtæ:
Sic te connubio pari dicata
Caſta Virginia, augeat, beetque
Formoſa ſobole, eſt vt ipſa forma
Præſtantiſſima, Galliæ Togatæ
Quotquot pręteritis fuere ſeclis,
Aut ſunt, aut alijs erunt in annis,
Vt tibi inuideant beatiores.

De Virginia Rugeria, quòd ab ea roſas, & violas hiberno tempore donatus eſſet.

DVm gelidis Boreas orbē circūuolat alis,
Arua q; iam ſæuo frigore durat hyems:

Vix manibus rigidos tetigit pulcherrima ſètes
Parthenia, & verna eſt protinus orta roſa.
Hæc eadem arentes caſto pede ſedula campos
Dum premit, exoritur nigra genis Viola.
Quid mirū? eximio (cernis?) Ver ſpirat ab ore
Vitali & flatu mota niteſcit humus.

De fonte Mauritiano.

HOs fontis latices Mauritio ſacros;
Qui nunc me excipiunt, carmine nobili
Cycnus leniſt olim
Ad ſtagna Eridani ſatus.
Hic illum ò quoties Calliope Dea
Afflaſti, arma, Virum, bellaq; matribus
Deteſtata canentem
Clara Mæonidæ tuba!
O ſacra Vrania, quot Malegutio;
Qui illi ſe meritò ſanguine proximum
Iactat; ſcire dediſti
Hic myſteria Cælitum!
Hic, ò Pierides, mi date laudibus
(Veſtris ſi ſtudui ſemper honoribus)
Hunc extollere dignis
Vſque ad ſidera lucida.
At, quò præcipitem me furor abripit?
Phœbea hæc reſonare Domus alite
Sueta, haud conuenit ore
Rauco perſtrepat Anſeris.

In

In funere Comitis Horatij Malegutij.

MAuritij celebres riuos qui quęris, amatā
Vt Muſis lymphæ pocula ſacra bibas;
Ab nimiùm tardo parce indulgere labori:
Aruit in Domini funere vena ſui.
Vos, quibus, ò Vates, dedit olim nuper adēptus
Vir tantus ſacro rore leuare ſitim;
Fundite perpetuos fletus, fonti vnde perennis
Subreptus laticis reſtituatur honos.

De hoc fonte, & Mauritianis delicijs loquitur Paulus Manutius in quadam Epiſtola.

De Barbara Sanſeuerina Sanuitali Ferrariā aduentante, mox abeunte.

VT tua preſſerunt fines veſtigia noſtros;
O quæ barbaricum nil niſi nomen habes;
Diffugere Polo nimbi, zephyriſque ſolutæ
Puniceas violas Terra, roſaſq; dedit.
Nunc, vbi iā repetūt celeres tua lintea curſus;
Huc nebulæ, huc imbres, huc rediere Noti!
Rē mirā! ergo potes tu bruma adducere ver- (nos;
Et verna hybernos luce referre dies?

Ad Margaritam Sarrocam Poetriam præſtantiſſimam.

DVM Femina præſtare diſſeris Virum
Mirabili facundia:
Præſtare te Viro arguis cuique, ò tui
Suprema ſexus gloria.

De Halidoro Tragœdia Gabrielis Bombaſij Patris Acta Regij Lepidi Anno MDLXIIX.

NOn quòd flumina magna lacrymarum
Mœſtis diffluere omnium ex ocellis.
(Dum te incedere nobilem cothurno
Spectarunt tragico, Halidore, gentes.
Affectæ miſeratione triſti,
Oppreſſæ horribili ſimul ſtupore)
Viderim, eximia quid arte poſſes.
Perſpexi: penitus ſed ipſe noui,
Excellentia quanta ſit tua illa,
Qua Poëmata digniora laude
Non tantùm ſuperas, ſed id quoque omne,
Admirabile quod magis videtur:
Spectatrix mea cum Puella adeſſet,
(Tanto pulchrior omnibus Puellis,
Quanto durior omnibus lapillis):
[illegible], quæ potuit videre ſemper
[illegible] ea incendia, lacrymaſque triſtes
Læta; non ſecus ac inefandus olim

Flagrax.

Flagrantis Patriæ graues ruinas
Vidit Romulidum Tyrannus ille,
Qui ſæuiſſimus omnium eſt vocatus;
Ærumnas tamen, Halidore, fictas
Eſt tuas miſerata, lacrymaſque,
Omnibus lacrymis amariores,
Eius turgiduli dedere ocelli.
Heu, miteſcere quis putaret vnquam
Cladibus fera corda fabuloſis,
Veris quæ nequeunt malis moueri?

Cum mitteret Argumentum Halidori.
Ad nobilem Matronam.

ÆRumnas, Halidore, tuas & triſtia fata
Iā leget Aōnidum digna Puella choro.
Sorte tua felix, inter ſi Nympha legendum
Perfundet roſeas imbre cadente genas.
Pro quo tu faciles illi exoptabis amores,
Euentus fauſtos, diſſimileſq; tuis.

De Imagine ✲ ✲ Dialogiſmus.

SI regit auguſtos, quos cerno, ſpiritus artus,
Cur negat optatos edere lingua ſonos?
Solerti ſi picta manu ſunt ora, loquaci
Cur mea corda domant fracta ſupercilio?
Egregiam ſpectas picta ſub imagine formam,
Viuida quam virtus, verus honorq; colit.

His

Hic vbi caſtus amor, ſedes iã quasq; peroſus,
Et latet, & nobis vulnera ſana parat.

In Tumulum Virgilij, qui Neapoli viſitur.

EXeſi ſaluete ſpecus, venerandaq; moles;
Quàm petij emenſus tot freta, totq; vias.
Oſſane ſacra tegis, rexit quæ ſpiritus olim
Inclytus, intonſi maxima cura Dei?
Vos ego pronus humi diuini buſta Maronis
En veneror, tumulo donaq; grata fero:
Parua licet, lõgũm hic maneãt, & magna per æuum
In vos officij ſint monimenta mei.

De Magdalena Vicetina, ſtudioſorum, qui Patauij erant, Adoleſcentum Carybdi.

HAs ÆEdes nõ ficta tenet, ſed vera Celenõ:
Veridico hac Vates te monet ore, Puer.
Non tuta hic vlli Cereris, non tuta Lyæi
Munera; non Pluti dona futura ſatis.
Cuncta rapit, fœdeq; vorat, non vlla cauẽdi
Eſt ratio. diros heu fuge, ſtulte, lares.

De

De eadem.
Diſticha Protreptica.

HOſpitis impuræ rabiẽ, moreſq; nefãdos
Ni fugias, lecto carmine, Nullus eris.

De eadem.

HEu fuge crudeles mores, mellitaq; verba;
Abs te vel fugiet, non reditura, quies.

Diſtichon hoc affixum fuit impuri hominis foribus cum cornibus æneis, qui ſuam ipſe vxorem vendebat.

COrnua quãdoquidẽ geſtas ſexcẽta liberter,
AEris amãs: potes hæc ærea ferre libẽs.

Ad magnam Matronam, cui quatuor Ancillæ adſtabant, vnius quarum Auctor amore flagrabat.

TRes Charites; nec ficta canit veneranda
(vetuſtas;
Adhærent Paphiæ, turba miniſtra, Deæ:
At tibi, quæ præſtas antiquã Cyprida longè
(Nam ſancti mores, ingenuuſq; pudor)
Quattuor aſſiſtũt præſtãti corpore Nymphæ;
AEquiparanda quibus nulla lepore Venus.

Oli-

O libeat noſtris vnam concedere votis,
Quam cupio, & Veneri ſit ſatis eſſe parem.

Diſticha in Auguſtas Alexandri Farneſij funebres Pompas.

PArcus honos cineri: nō æquat pōpa labores,
Vix Animæ ſuperi præmia digna dabūt.

De eodem.

QVanta Animæ à ſuperis debetur gloria magnæ,
Si cineri exiguo tãtus habetur honos?

De eodem.

QVòd genus humanum parcos tibi ſoluat honores,
Quid mirū? Cælum vix dare digna poteſt.

De Iulia Riccia nobili femina.

IVppiter ingentes, diffuſus nectare, terras
Dum vacuus nitida ſpectat ab arce Poli:
Illius ecce oculis oblata eſt Iulia, clarum
Quā genus, & propriū tollit ad aſtra decus.
Tum formæ egregios, dixit, miratus honores,
Vel ſimilis Lædæ hæc, Læda vel ipſa mea eſt.
Ergo humeris volucres plumę ſuccedite noſtris,
Vt ferat in caros me leuis aura ſinus.

Nec mora, fit Cycnus, liquidũq; p aëra vectus,
Conſtitit ante oculos, Iulia caſta, tuos.
E quibus inſolitę metuens incendia flammæ;
Purus ab ore ſacro quam iaculatur amor,
Nectaris irriguũ properauit ſpargere ſuccum
Eminus, vt tali tutus ab igne foret.
Et miramur adhuc, dio ſi ſparſa liquore
Iulia, nunc Superos vultu, animoq; refert?

Ægrotans Romæ ſcripſit ad Gabrielem Bombaſium Patrem, iam nimis longa in ſe iracundia flagrantem.

MVſarũ imprimis cultor, Sophięq; ſeueræ
Bõbaſi, hic iacco ſtirps tua, fauſta parũ.
Inſcius heu vitam dederas, non inſcius auferr;
Cui Puero eſt abs te clauſa paterna Domus.
In natos cui notus amor, quis talia credat?
Ah ſunt vera nimis, ſed caritura fide.
Nec tamen id merui, te conſcia Patria teſtor:
Si merui, hæc ſemper ſit mihi terra grauis.

Ad Teutonicum Poetam quendam, qui eum nimis laudarat.

ACcepi, legique libens quę carmina nuper
Plurima donaſti, culte Poëta, mihi.
Caſtalidum illa quidẽ dulci ſunt ſparſa liquore,
Pagina ſed meritis diſſidet illa meis.
Talia

Talia non poſſunt aures perferre modeſtæ,
Sint licet argutæ verba canora lyræ.
Inuenias alium par eſt, qui dignus honore
Sit tali, & laudes dote animi æquiparet.
Interea; quoniam tanto pro munere grates
Condignas noſtræ reddere non opis eſt;
Muneris Auctorem Phœbũ poſcemus, vt ipſe
Reddat, & ex animo det tibi poſſe loqui.

Ad eundem eandem Cantilenam repetentem.

SAt luſiſſe ſemel: nos res, et morb⁹, et ætas
Ad grauiora vocant. Deſine, Parce, Vale.

Ad ſuam Amaſiam neſcioqua de cauſa lacrymantem.

LVmina amata nimis, flammas; ah parcite fletu;
Noſtras iſtæ augent, non minuunt lacrymæ.

Reſponſio ad Pomponium Taurellũ Montis Clariculi Comitem. Quod oppidũm ex tali occaſione graphice deſcribit.

HEroũm genus ò nobile & inclytum,
Heroũmq́; ſator; qui referant Auos

Inſi-

Inſignes, Atauosq́,
Priſcæ laudis honoribus:
Pomponi, rutilans Heſperiæ iubar,
In quem Dij & maxima, & optima
Congeſſere benignè
Plena munera dextera:
Quiſnam me vndiuagæ ad murmura Niciæ
Siſtat non validum, clara vbi ſuſtinet
Arcem ripa beatam
Taurello Duce conditam?
Arcem, poſthabita Cecropia domo,
Permeſſiq́, colit quam ſoboles Iouis;
Quam certare cothurno
Iam vere decet Attico.
Spectarem cupidus nunc propugnacula
Bello tuta, & opes; nunc ope Palladis
Parta ex hoſte trophæa,
Deprenſi & machinas doli.
Spectarem Atria mox ſeſquipedalia;
Et molem ſubeuntem pede tartara,
Condentemq́, ſuperbum
Inter ſidera verticem.
Me pictus paries ſanguine proximos
Taurellis Proceres prima ab origine,
Atque his geſta doceret
Seclis arma prioribus.
Me anguſta, ac penitus ſole carens via;
Artis Dedaleæ non minimus labor;
Turri deduceret alta
Anguſta ad penetralia.

Antrum parte alia; Pieridum choro
Sacrum; me raperet, quò recreat quies
Te blanda, Endymionis
Pura nocte beatior.
Ingens inde ſpecus Baſſarei, ſitas
Magnæ viſceribus Matris in intimis,
Oſtentaret auenti
Lætas diuitias mihi.
At quo perfruerer denique gaudio
Caſtris Socraticis ſeptus, & agmine
Græcorum ſapientum,
Telis atque Heliconijs?
Inter quæ veterum clara parentium
Seruantur tabulis acta fidelibus,
Faſces, Imperia, Vrbes,
Et gentes ſibi creditæ.
Demum ſi libeat ſub Ioue libero;
AEgras fallere quod ſollicitudines
Poſſit; quærere rithmos
Imbelli cytharæ pares:
Vix egreſſo aderit protinus hoſtici
Campi læta cohors, cui Ceres, almaque
Pomona, atque Lyæus
Certo fœdere præſident.
Mox non inde procul fronde noua comas
Ornatæ Dryades, & Satyri leues
Me per ſtrata viarum
Vaſta dù te rapient citi:
Interſim vacuus luſibus vt tuis,
Admirerque feris cæca cubilia

A ſe condita denſis
Siluarum in penetralibus:
Atque inter nemorum celſa cacumina
Conſtructas Auibus præpetibus domos;
Miro quippe labore, at
Natura Duce, & auſpice.
Hæc ſic me afficiunt, claraque ſenſibus
Imis ſe inſinuant, vt videar mihi
Pura in luce videre
Diſtincta ordine ſingula:
Audire & videar non procul editos
Campani ſonitus æris ab ardua
Turri, quam numeroſa
FRANCISCI manus extulit:
FRANCISCI manus hæc, quæ ſequitur Du
Tanti greſſus humiles, cortice ligneo (cis
Annexo bene plantis
Nudatis penitus pedum.
Me Aſſumptæ vocat ad nobile Virginis
Templum, ſaltibus in frondiferis ſitum;
Grates dicere dignas
Tantorum artifici Deo.
Ah ſi fata meis ducere me diem
Extremum auſpicijs, ſi ſinerent modò;
Quis me auelleret vnquam
Tot cæleſtibus à bonis?
Arcta compede ſed dura Neceſſitas
Affectum male me detinet, aſpera
Inter iurgia rauci,
Et lites tetricas Fori.

O quæ me retines ſæua Neceſſitas,
Tándem parce precor. Scilicet à die;
Quo quis naſcitur, eheu
Sorti obnoxius eſt ſuæ;

Elegia. I.
In mortem Annibalis Bombaſij Fratris ſui.

QVis malus humanam ſpeciem mentitus & ora,
Dæmon tartareo venit ad aſtra lacu:
Infecta vt ſanie lingua, Stigioque veneno
Præcineret vitæ fata ſuprema meæ?
Scilicet hic patrias fuerat delatus ad oras
Rumor, ab infeſta me cecidiſſe manu.
Nimirū occiderā, fraterna in morte perēptus;
Vtrumque & caſum duxerat vna dies.
Vtq; aliquid minimū de me ſit forte ſuperſtes,
Certè animę eſt potior pars mihi rapta meę.
Annibale extincto crudeli funere ad Iſtrum
(Iſtrū execratum Matribus Auſonijs)
Extincta, extincta pariter ſpes omnis, & ōnis
Nominis heu noſtri gloria, quanta fuit.
O clades nunquam reparabilis! ò collapſum
Iam noſtrū columē, robur & omne Domus.
Hei mihi iam quid agam, quid clamem, aut quid querar amens?
O cælum, ò tellus, ò freta ſurda maris?

Obiectum vobis toties, ah perdere nunquam
Inuiſum Superis hoc potuiſſe caput?
Ecce reſeruaſtis diro me ſidere natum,
Ærumnis geminis, huic geminaq́ neci.

Elegia. II.
De itinere eius in Pannoniam, quod exacte deſcribit.

ANnibal, vt Arni tibi ſemper culta flučta
Liquiſti, et proprios, frater amate, lares:
Sollicitis ego te votis comitatus euntem,
Senſi cuncta tuæ protinus aſpra viæ.
Tecũ immane, horrenſq́ iugũ anxius Apẽnini,
Præruptas rupes, murmur & inde minax;
Edunt decidui quod vaſtis montibus amnes,
Tranſmiſi, ac tremui tanta pericula vidẽs.
Nec magis inde tamẽ facilis deſcẽſus ad vndas
Cautifragas Rheni nos vehit Auſonij:
Hic natat acer equus, repetito gurgite ſæpè;
Sæpius & rapitur ſaxa per, atque trabes.
Sublimi tandem oſtendit ſe vertice moles
Felſinea, hoſpitio nos refouetq́ breui.
Me ſine non peragras ingentia rura, Maronis
Carmine quæ culto florida ſemper erunt.
Non cãpum imanẽ, celebrat quẽ vulgus vbiq́
Et Vati illuſtrat Lesbia dicta ſuo.
Sirius interea & campos, & corpora torret,
Fruſtra & aquas dulces poſcit anhela ſitis.

Tu tamen ardenti properas ſub ſidere longum
Ire iter: at celeri vix ego mente ſequor.
Quò ꝑperas periture? leues ab cõprime curſus:
Te via ad extructos iam rapit iſta rogos.
Oblõga hinc vallis, præruptaq; ſemita, vtriq;
Septa truci ſcopulo, triſte miniſtrat iter.
Obuius infrendens Atheſis ripæ violenter
Præcipiti illidit flumine ſæpe rates.
Ardua ſe hinc tollit, ſcopuloſo ĩ vertice Turris,
Clauſa viæ cuſtos deſpicit inde vigil.
Hæc loca, barbaricos non admiſſura furores,
Natura Auſonio ſtruxit amica ſolo.
Hæc tenet, & ſpecula Venetus cuſtodit ab alta,
Præſidium qui ingens, Italiæque decus.
Hæc nobis tenuiſſe ſatis: quid tẽdimus vltra?
Barbara caſtra tuo, Barbare, Marte cadãt.
Sed ſuperãs intras, germane, bilingue Tarẽtũ,
Teq; Oeni ad pontem ſedula cura trahit.
Nec tibi Bolſani hoſpitium, nec Brixina dulces
Dãt ſõnos, modicũm feſſaue mẽbra leuant:
Sed curſum ingeminans pergis ſub nocte ſilẽti
Hucuſq;. Hala Oeni mox tibi ſternit aquas;
Hæ placido pronæ motu, lenique ſuſurro
Cõciliant ſomnos, dantq; quiete frui.
Sed breuis iſta quies: vires dũ acquirit eundo
Amnis, & adductas vndique cogit aquas,
Infremit, & fremitus iã lõgè extollit in auras,
Vt queat his ſomni rumpere vincla leuis.
Oppida mox mille oſtentat, populoſq; ſuperbos
(Nomina nõ ſatis mollia, clara licet)

Quos lābit, gaudetq́ vago iam paſcere flexu
Ante ſuas Iſtro quā celer addat opes.
Addit opes, comitemq́ illi ſe ſe inſuper addit,
Principij oblitus, nominis atque ſui.
Dumq́ ea miraris, ſulcans ſpatioſius æquor,
Percurrit tacitè quod noua forma ratis:
Me miſerū! nouus ecce pauor mea pectora ve-
Horrorcſq́ nouos indicat hirta coma. (xat,
Infauſtos ventum ad fluctus, vbi dira vorago
AEſtuat, & celeri turbine cuncta rapit.
Monſtrū infame magis, magis exitiale ſub vn-
Edidit hoc nullo Doris amara ſinu. (das
Namq́ animas mittit ſub tartara mille p ānos,
Hincque Orci, & Mortis dicitur ille locus.
Aduena vt hoc vitet, ripæ ſe credit, & ipſas
Fune trahens naues, effugit arte malum.
Ni faciat, iam iam Torrente feratur ab ipſo
In præceps, Typhis ſi regat ipſe nauem.
Hei mihi, quid prodeſt tātis ſupereſſe periclis,
Si te dura magis, ſi mage ſæua manent?
Nomine de Flaui nō Vrbs te dicta morata eſt,
Debile curares quò (mora parua) latus:
Sed cita Danubij liquido pede te tulit vnda,
Qua latet obſeſſus non bene Pannonius.
Hic arma, hic comites, hic & tu expoſtus, &
Heſperij Sonipes gloria prima ſoli. (vna

Elegia. III.
Oppugnatio Iaurini.

HIc vbi tot mortis ſpecies, tot acerba mi-
natur
Thrax ferus, innumero milite dira fremẽs;
Atque Rabab valido circumdat mœnia vallo,
(Vicendi hæc potior, ſolaque viſa via eſt)
Tu quoque, ne calles omnes occludat eunti,
Atque reuertenti nocte ſilente Cilix:
Centũ inter Proceres vigilas armatus, & alæ
Bine equitum aſſidua pro ſtatione manent.
Pernoctat Germanus item, ſtupidusq; lyæo
Imminet, & nulla eſt hac ſibi cura prior.
At ſimul exornata roſis Aurora capillos,
Atque ſinum croceis floribus alba micat;
In noua vos ſomni expertes diſcrimina virtus
Neſcia deſidiæ, laudisq; amorq; vocat.
Omnibus idẽ amor eſt, eadẽ ſententia menti
Inſtaurare feri prælia Martis opus.
Lecta manus caſtra inuadit, ferroque laceſſit,
Et validis ſeptum molibus aggreditur.
Ille ſed, ille ferox, audaxq; potentibus armis,
Qui maria, & terras, aſtraq; terruerat:
Cuique anguſta nimis Regio vaſtiſſima nuper,
Dum caret auxilijs, Itala terra, tuis:
Haud acies ſtruere, haud æquo ſe credere cãpo,
Arma nec audet iners obuia ferre Viris:
Tãtùm Caſtra fouet, ſolis iaculatus in hoſtes
E ſpeculis certa ſphærica tela manu.

Plumbea

Plumbea glans fertur, celeri diſploſa fauilla,
Non ſecus atque ignis miſſus ab arce Poli.
Cuncta ardent, & cuncta iacent: proſternit, &
Horriſono crepitu cōcita terra tremit. (vrit;
Sulphurea inſurgit, nigrantesq; explicat alas
Interea nubes, lumen & omne rapit.
Dāt ſonitū late horrēdū arma, viriq; cadentes:
Spicula, denſæ inſtar grandinis, acta volāt.
Sic, ſeu diſcedens inducat montibus vmbras,
Seu rediens Titan lumine luſtret humum:
Munera militiæ variæ vos vſque fatigant,
Nec requies laſſis viribus vlla datur.
Heù miſerāda nimis, nequicquā fortia corda,
Italiæ pubes! heù miſeranda nimis!
Tu caput, & pectus nocturna informe pruina,
Et nebula cinctum tempus vtrumq; geris:
Tu multo ſudore artus, tu puluere multo
Adſperſus, proprio ſanguine tingis humū.
Et certe incolumis quis tot perferre labores,
Quiſue tot aduerſo prælia Marte queat?
Heù miſerāde cadis, cadis heù, ò digne perēni
AEuo. Non ſtabit iam peritura Domus.

Elegia. IV.
Deplorat obitum eiuſdem.

O Mihi Threïcius ſua det ſi plectra Sacer-
Aurea Pollucis vel mihi fila neāt (dos;
Parcæ, Tu frater ſuperas reuocatus ad auras,
Alterna dudum morte redemptus eris.

E heu, quid votis vana hæc inectere vota, (diſ.
Quid iuuat aut querulis iungere verba mo-
Tu cadis, & caſus nulla eſt reparabilis arte:
Occupat æternùm, quod capit atra dies.
Nec mihi fas oculos, æterna nocte natantes;
Felici hac ſaltem claudere ſorte tibi.
Non dolui præſens, extrema nec oſcula carpſi;
Nec voces caras, vltima iuſſa tuli;
Non vnctũ eſt corpus, cognata nec oſſibus oſſa
Iuncta Patrum, patrio nec tumulata ſolo:
Denique nil potui quidquam miſerandus eorũ;
Quæ mihi tu præſens ſoluere debueras.
Atq; equidẽ (memini) ęrũnas, multoſq; labores,
Et maris, & terræ plurima damna tuli.
Quid memorem luctus, deſideriumq; paterni
Conſpectus vehemens, irrita vota mihi?
Fallebam aſſiduè, aſſiduè ſolabar inani
Spe tamen has curas, exiliumq; meum:
Scilicet extremis fore tandem vt finibus æui,
Viuere me tecum Parca benigna daret:
Atque optata diu, de te ſuſcepta, Nepotes
Pignora cara, meo dulcè fouere ſinu,
Donec dimiſſum placidè, & fraterna petentẽ
Oſcula, ad Elyſios vellet adire choros.
Aſt aliter viſum eſt illi, qui temperat vnus
Orbem, atq; æterno Numine cuncta regit.
Quod licuit, poſui tumulum tibi mæſtus inanẽ,
Medoaci implicitis qua fluit vnda vadis.
Stat vetus Vrbs, Phrygio quõdã fũdata colono,
Artibus ingenuis ſemper amica Domus:

Hic

Hic inter centum priſcorum immania Tēpla,
Amplū, auguſtū, ingens, nobile ſurgit opus:
Huc Antenoridum magnus concurſus ad aras:
Finitimi hùc omnes limina ſancta petunt,
Longe vt fragrantes Luſitani Virginis artus:
Voti quiſque reus; munere ritè colant.
Expreſſa hic longa ſerie miracula tanti
Marmore de nitido ſunt ſpecioſa Viri:
Hic (fama eſt, nec vana fides) de more Sacerdos
Dū facit, ac tacitus cōcipit ore preces,
Contractas animi labes, contagia molis
Corporeæ, abſtergi nomine Diuè tuo:
Hincq; alacres animos; inferna ſede relicta;
Vnde trahunt ortum, lucida adire loca.
Hæc ego certa ratus, tumulo iam rite ſacrato,
Flens ſuprema tuli Manibus ipſe tuis.
Ingens ara calet, donis onerata Sabæis,
Quā ſupplex veneror, plurima mēte rogās.
Longæuus pulla necnon in veſte Miniſter
Adiungit donis maxima dona meis:
Atq; potēs carmē, præſentia verba, ſuſurrat,
Quæ ſcire, aut fari lingua profana nequit.
In primiſq; Dapes, cæleſtia munera, libat
Ambroſiam, & ſuccos nectaris ætherei.
Magna Miniſtrorū, his actis, comitāte caterua,
Se ad tumulū confert, turba verēda Patrū.
Ille preces alias veteri de more profatus;
Concipit alternos voce tremente ſonos:
Hinc buſta & ſocios luſtràns aſpergine molli,
Iam diſceſſurus vltima verba refert:

O verba, ò verba! ò noſtri monimenta dolorii
Æterna! æternùm, Frater amate, Vale.
Hæc tibi, quæ potui, perſolui pauca dolendo,
Sic procul à patria, dum vagus exul agor.
Quòd ſi forte meis auectum ſedibus, olim
Mœnia me ad Lepidi mitior aura feret,
Et laribus longe profugum me reddet Auitis,
(Quos neq; nos dudũ, nec Pater ipſe colit)
Candenti ſtatuam è ſaxo non vile ſepulcrum,
Inſcribamque breues, vnde legare, notas.
Vita acta extinctaq; procul, tibi Patria ſaltẽ
Nomen inextinctum linquitur Annibalis:
Tu modò ne ſpernas antiqui hoc pignus amoris
Interea, aut mentis ſigna benigna meæ:
Vtque ſoles, nitida quãdoq; ab ſede reuertẽs,
Per noctis tenebras obuius eſto mihi.
Tu noſtros luctus, noſtras compeſce querelas;
Atque hilari vultu triſtia corda leua.

Elegia. V.
Eundem in ſomnis ſibi viſum alloquitur.

DVre, quid extẽſis dũ cingere colla lacertis
Conor, in amplexus atque venire tuos,
Reijcis inuitum nimiùm crudelis, & arces
Dilectum quondam non tibi luce minus?
Splendoriſque tui radijs immixtus inauram
Is tenuem, aſpectu ſubtraheriſque meo?

Non

Non equidem tantos poſſim perferre dolores;
Obruerer certe fletibus ipſe meis;
Vocibus aggreſſus ni conſolarier iſtis
Mœrentem, & curas ſic tenuare graues!
Quid, germane, iuuat tantos te rūpere queſtus
Pectore? quid madidas ſēper habere genas?
Aura ego ſū ſimplex, & vis puriſſima, qualē
Empyreo quondam miſit ab orbe Parens.
Et turbaris adhuc, quod cū ſim corporis expers,
Effugiam ipſe tuas, vt leuis vmbra, manus?
Iā terra eſt, quòd mi fuerat mortale, ſed huius
Effigies cerni ſic tibi vana datur:
Vt ſic aſſueſcas lugubres fallere curas;
Inque tua maneas nunc ſtatione libens.
Non te noſter amor, non cura reliquit amātē,
Sit licet à nobis iſta relicta plaga.
Tempus erit, longe nec abeſt (deſiſte vereri)
Quo frater fratri, quo tibi reddar amans.
Eia age parce queri, iam ſum defletus abūde:
Sors mea, quam defles, illa beata nimis.
Quid ꝓdeſt mores hominū vidiſſe, quid vrbes,
Vnde Viri virtus firma venire ſolet?
Ingenuaſque animū à teneris coluiſſe ꝑ artes,
Fortuna niſus deſtituente tuos?
Quid ꝓdeſt veterū pręcepta hauſiſſe Sophorū,
Oracla & Vates quæ cecinere pij?
Commoda ſi vitæ mihi ſint quòd huius adēpta,
Æternæq; bonis iam reparata, doles.
Eſt etiā, ūde (hebetāt niſi nūc mortalia mentē
Iſta tuam) capias gaudia plena nimis.

Cæde mea illius morti, per quẽ omnia viuunt,
Retribui gratas, hoc tribuente, vices:
Illius & Numen teſtatus, ſic benè ſacro
De cultu merui, Chriſtiadumq; grege:
Cœtibus vt Superũ ſim adſcitus, morte cruẽta
Præcipuas ſedes qui peperere ſibi.
Pace fruor, qualem ſenſus non percipit vllus,
Nec mens terreno turbine cincta capit.
Aſpice, Palma manus, inſignis Laurea crines,
Purpura terga operit, Purpura pectus obit,
Metior immenſi nunc templa micantia Cœli,
Omne Iouis veri nũc penetrale patet, (bore
Hæc mea ſors præſẽs. igitur miſerãdus habe-
Aut quiſquã pro me nunc miſerandus erit?
Hæc reputa, hęc tecũ reputet Pater optimus, & (iã
Tam longos luctus ſoluat vterq; libens.

Aſdrubal Bombaſius ad ſuum Lectorem.

HAEC ego ſcribebã fatis oppreſſus iniquis,
Dũ fratris propero Manibus eſſe comes.
Hinc mendoſa leges, quæ ſi fortuna tuliſſet,
Emendaturus, condide lector, eram.

Hæc dũ imprimebãtur miſſa ſunt ab ami-
co Viro quædam alia carmina Franciſci
Martelli, vt creditur, quæ hic apponenda
cenſui.

FRAN-

FRANCISCI MARTELLI
A D
ANTONIVM GIGAM.

Dum tu Virgilij præclara poëmata verſas,
Condis & aſſidue carmina docta, Gigas:
Carmina quæ nullo poterunt abolirier æuo,
Non, ſi mota ſuis ſedibus Aſtra ruant:
Taruiſij inuiſos retinent nos mœnia curui,
Dicimus & mœſtis candida iura reis.
Nec deſunt certè, qui nos ſermone morentur,
Quiq; ſuis releuent dulcibus alloquijs:
Sed quia te careo, nec noſtros vlla facultas
Tangendi Vates, vita moleſta mihi eſt.
Sũt inuiſa oculis, quæ quondam grata fuere,
Mæror & aſſiduus pectora noſtra premit.
Nil audire iuuat præſtantia facta ſuperbi
Cæſaris, ardentes qui tonat ore minas.
Is licet ingentes prædas, & nomina gentis
Ignotæ victo ducat ab hoſte domum:
Innumeræque vrbes felici ſe omine dedant
Imperio Regis, iuſſaque iuſta ferant.
Haud mihi nũc faciles Muſæ, nec carmina cordi,
Nec blandi luſus, ruraue amœna placent.
At, ſi quod ſpero, quãprimùm poſſe reuerti
Adriacum ad littus fata benigna dabunt:
Noctes atq; dies neruos intendere ſuetis
Eſt animus ſtudijs; nec labor vllus erit.

Tū multum poterit, Vates ò culte, ſalutem
Dicere, ni fallor, noſtra Thalia tibi.
Sic bonus aſpiret votis iam Delius iſtis:
Optatis faueat caſta Minerua meis.
Interea, maior quoniam pars acta diei eſt,
Oceano & pperat mergere Phœbus equos,
Sit ſatis hoc. Valeas noſtri non immemor, atq;
Communes ſocios nomine viſe meo.

De Vrbis Venetæ præſtantia, ac magnitudine.

QVisquis es Adriacas, Hoſpes, qui accedis ad oras
Et Venetas animo menteq; pendis opes:
Siſte, vide, obſerua: Patriaq; vbi cara reuiſes
Limina, quærenti talia verba refer.
Vidimus è medio ſurgentia tecta profundo:
Arduaq; inſtabili ſtare Theatra mari.
Illic marmoreo diſtrictus compede Nereus,
Suppoſuit facili colla ſuperba iugo.
Excipiens illic auguſtos Curia Patres,
Tot numerat Reges, quot capit Aula Viros,
Illic fulmineis radians Gradiuus in armis,
Prouocat indomitos ad fera bella Duces.
Obſequioſa illuc Fortuna, & Numen amicum,
Congeſſiſſe ſtudent quidquid vbiq; boni.
Felix Imperium, cui cuncta fauere videntur:
Terra, Fretū, Mauors, Sorſq; Deusq; ſimul.

Aliquot eiuſdem Paſtorales luſus.

Ad Hyellam.

QVò te venturã dixti, cũ Mater ad vrbẽ
Iuerit, hic furtim, lux mea, primus ero.
Dum venias, toto breuis hora videbitur anno
Longior: vlla igitur ſi tibi cura mei,
Tolle moras omnes; tota hac te luce morabor;
Si fallis, vindex ſit precor ipſa Venus.

Ad Lunam.

QVæ decus es Cæli, noſtri quoq; quæ decus Orbis;
Dum plena, & medio laberis alta Polo;
Ad Doram propero, qua nec formoſior vlla
Pauit, nec paſcet compta Puella greges.
Tu mea ne quiſquam valeat deprẽdere furta;
Conde precor lucem, candida Luna, tuam.
Sic tibi ſit proprio ſplẽdeſcere lumine, ſic par,
Et magni radijs æmula Solis eas.

Epitaphium Arellæ.

PAſtores teneras ꝓcul hinc arcete capellas,
Et ſacram nigris ſpargite humum violis.
Nec veteris Bacchi, nec deſit copia lactis,
Nec deſit numeris tibia flebilibus.

Hic

Hic bona Arella iacet, pecoris formoſa Magi-
Iunctaq; cū Domina fida capella ſua eſt. (ſtra:
Illam ſæuus Amor nimium infelicis Iolæ
Perdidit, hanc caræ dulcis Amor Dominæ.

Ad Theſtilem.

HOS tibi purpureos in ſerta nitētia flores,
Dum ſol exoritur, Theſtili cara, lego.
Dumq; lego, crebra ingeminās ſuſpiria dico:
O vtinam fieri vos, mea dona, queam.

Ad eandem.

THeſtili; ſi qua tui ſuperat tibi cura Miconis;
Craſtina cum cælo fulſerit orta dies,
Ad Cereris vallem niueas compelle capellas,
Nec longam pigeat, te precor, ire viam.
Huc ego præpropero ingrediar pede, munera (portans;
Quæ iāmpridem orat Phyllis habere ſibi.
Munera vel Nymphis digniſſima: ſi ſapis, ergo
Ad notas ſedes, ſed comitata veni.

Ad

Ad Amaryllim.

FVgit hyems, nitidis veſtitur frõdibꝰ arbos,
Iamque nouos ducit Flora venuſta choros.
Nunc Amarylli gregem ſecreta paſcere ſilua,
Nunc dabitur noſtro dulci & amore frui.
Tu venerare Deã, ſertiſque recentibus orna,
Efficeq́, vt ſanctos imbuat agna focos.
Iucundam nobis dabit hæc & ducere vitam,
Et caſto accenſos vrier igne magis.

De quodam Poëta & culto, & docto; ſed mulieroſo.

QVis iam magnanimum canet Virorum
Facta fortia, nobilesq́ pugnas
Quotq́ de Populis manu ſubactis
Cæſar Maximus egerit triumphos?
Quiſue dulcia furta peruenuſta
Narrabit Veneris, grauesq́ Amantum
Rixas, atque redintegrationes?
Eheu concidit inclytus Poëta
Imprudens tamen, ac parum pudicus:
Namq́ is iam ſenior, dum adhuc amorem
Inſano teneræ perit Puellæ,
Nec vllo, vt decuit pudore victus
Noctis atq́ dies palam frequentat
Domus limina, contrahit dolorem
Infelix iaterum, breuique vitam
Finit indecorem Poëta Magnus.

IOAN.

IOANNIS ANTONII MORAE

DE D. IOANNE BAPTISTA.

L*Vx genialis adeſt, ingentis conſcia Partus,*
Qua prolẽ cælo elapſam, placitãq; Tonãti
Progeniem, quondam puras effudit in auras
Eliſabeth, ſterili quamuis effœta ſenecta.
Indulgete ſacris: Genius venerabilis Aſtri
Placandus rite; nitidæq; crepuſcula lucis.
Floribus intextos flores date; florida lux eſt;
Et flore ex primo certam ſperate ſalutem.
Da gẽmas liquidi Maris incola; gẽmea lux eſt;
Hanc gemma lucem meritò ſignabimus alba.
Regna pluant rores Iunonia; roſcida lux eſt,
Qua tacito didicit turgeſcere Numine fœtus.
Aſtra dabit Cælum Titania: lucida lux eſt,
Præuiaq; in terras venturi nuntia Solis.
Hanc fœdare diẽ nemo audeat: atra ſimultas
Hic pcul, inſanuſq; furor: mitte horrida bella,
Nec lethi molire vias. ſubſidere ventos
En iubeo; regniſq; æquor ſtagnare quietis,
Qualis erat Mundi facies, cum nocte ſilenti
Ingenti lapſu Iordanis, & vdus Orontes,
Venturum æterno repetentes carmine ſidus,
Pacatos agerent fluctus, & flumina bina,

Bina Palæſtinas inter diſcrimina terras ;
Nō vllū volucrū murmur, gemituſue ferarū;
Non Zephyro detonſa leui ſubſibilat arbor :
At tranquilla quies, & curis neſcia frangi,
Irriguuſq; ſapor circum præcordia ludit.
Nox innubis erat, ſudumq; per æthera: purā
Non aliàs viſæ melius tranſmittere lucem
Aſtriferæ Cæli pompæ, crinem ipſa decorum
Non aliàs inter famulantia lumina Phœbe
Latius explicuit, nec cum fulgore cruento
Erubuit, ſi quando inter librata rotundo
Terra globo obſtiterit: nec vbi coëuntia in orbē
Rite recurrentes implerunt cornua cyclos.
Cætera quin etiam ſolito præclarius ardent;
Seu quæ diſcurrunt tacita vertigine ſemper,
Seu quæ pigra rotis nunquam labentibus hærēt.
Inſcriptæ paſſim formæ, & ſimulacra ferarū
Scintillant late Cæli in laquearibus aureis;
Informes formæ: Romanis qualia in hortis
Condita miramur facili topiaria buxo,
Aut tenera in varias myrteta inflexa figuras.
Hæc inter tremulo conuerſos lumine fluctus
Senſit, & inſolita commotus imagine rerum,
Implicitū muſcoq; caput, iuncoque paluſtri
Exeruit fluuio, fuditq; has pectore voces
Iordanis. Quidquid fuerit, quod lucida nobis
Portendunt Cæli ſpatia, atq; æquanda diei
Spicula: ſit fauſtū oro, nec illud fata retardēt.
Nec plura effatus, volucres citò cōpulit vndas
Squāmigero ſubuectus equo, quē Nereus illi

Delectum numero ex omni donauerat olim:
Ille præit, ſummaq; leuis perlabitur vnda,
Et mulcet fluctus: Nympharũ exercitus õnis
Ponè volat, ſparſæq; lacu parua æquora cõplẽt.
Ventum erat ad curuæ ſinuoſa volumina ripæ,
Hic vbi permixto ſpumans Iordanis Oronti
Affines confundit aquas. Tum corde volutans
Singula, quæ ſudo miratus in æthere nuper
Viderat, inſolitum cæli, aſtrorumq; nitorem:
Si genitor, Iordanis ait, tua Numina ſemper,
Si nomen colui; tecum communia Regna,
Communes partitus aquas; da nobilis vndæ
Nobilior Pater hoc, quod cælũ triſte minatur,
Aut felix ſperare iubet, cognoſcere nobis.
Cernis, vt igniti bacchentur in æthere nimbi,
Correptoſq; lares numquam mutabilis Aulæ
Flamma voret, populetq; perenni fomite Cælũ?
Hæc illę; at mitis contra ſic fatur Orontes.
Cedrifer, ô ſalue Iordanis: ſigna pauoris
Quæ memoras, ignota mihi, fruſtraq; laborãt
Aſtrorum choreæ patrium trãsfundere lumen
Per ſtabiles nunquã fluctus, per opaca fluenta.
Nec vidi, quid poſcãt fata, quid aſtra, pfũdis
Circumfuſus aquis, limoq; obductus & alga.
Nec vates Genitor, cùm mox vẽtura doceret,
Hæc mihi prædixit Cælorum arcana, viceſque
Incertas. ſolũ hoc memini, quod ſæpe canebat,
Lymphata cum mẽte premens quodcunq; ſilẽti
Hauſerat afflatu, caſus euolueret omnes;
Venturum qui rite tua libanitide lympha

Ablueret.

Ablueret cæli Regem, Dominumq; Tonantē
Poſt quinas hyemes, poſt meſſes quīq; peractas.
Ruſticus hæc eadē ſylueſtri carmine Mopſus
Sæpius occinuit, dū hæc ipſa ad flumina paſtos
Præcipiti iam ſole boues, iā grandibus vmbris
Serus agit. Tu verò, afflatus Numine quando
Iam propiore Dei cæleſtia munera ſentis,
Perge modò, & ſupplex venerare, diēq; facēq;
Naſcentem, alternis iungemus carmina votis.
Finierat, cum iam ſacrato percitus œſtro
Iordanis, thyrſumq; rotans, crinemq; decorū;
Felix tam puro vitam qui ducis ab aſtro
Magne puer (dixit) felicia ſæcula tecum
Auſpicijs didicere tuis flaueſcere in aurum;
Peiores oblita dies: felicior Amnis
Nunc ego, cui ſacros dabitur cōtingere vultus,
AEthereoſq; artus ambire ſequacibus vndis.
Fatales agnoſco ignes, agnoſco propinquum
Numen, & infantis præſagia certa futuri.
Aſpicis, vt mundo volucrum Regina nouenas
Oſtentat ſublimè notas, cui lacteus Orbis
Inducit zonam, Cancerq; Caperq; monile?
Vnguibus illa quidē, & pnicibus extulit alis
Troianū Iuuenē, pauidumq; ad ſidera vexit:
At tibi, magne Puer, gēs dira atq; horrida cultu
Seruiet æternùm, rituſq; edocta ſalubres,
Legibus aſſueſcet frenari, atq; aſpera corda,
Durumq; ingenium ponet, ſeq; inſeret aſtris.
Magne veni: tibi fauſta micat Regina volucrū.
Naſcere magne Puer, ſurgēs horoſcopus ardet.

Naſcere

Naſcere, iam plauſu propiore Genethlia dicit
Nunc ſtellis, olim gemmis, implexa Corona,
(Vulcani labor, vt memorant) innixa Booti.
Vt tenebræ horrentes illa accedente recedunt,
Et labyrintheis vt Theſea nexibus arcet,
Ludentem anfractus, & patria regna petentē:
Sic Tu per varios, rerum diſcrimina, caſus
Lux aderis miſeris olim mortalibus; hinc Tu
Ignaroſq; viæ, ventiſque & Syrtibus actos,
Stellatos inter Proceres, Diuoſq; locabis.
Magne veni, te fauſta micat naſcente Corona.
Plura locuturum, concepto carmine Orontes
Occupat, &: Puerone, inquit, gratabere ſolus?
Me quoq; tangit amor dicēdi: me quoq; Vates
Admonuit genitor, quantum momēta valerēt
Naſcendi, quænam fœturis ſingula ſecum
Signa ferant, cum materna Puer exilit aluo:
Quòd ſi vera canit, nec fruſtra Virginis aſtrū
Sidereas exponit opes, quæ parte Leonem
Poſteriore tenet, qua ſcinditur igneus Axis:
Te naſcente Puer, te prima exorſa trahente
Vitalis cæli, fractis Bellona flagellis
Arma ſuper fremet, & nodis innectet ahenis
Lethiferas poſt terga manus, ēſemq; cruentū.
Coget ad auriferas nec nauita Celtiber oras
Quaſſatas innare rates per ſaxa, per vndas.
Concharū relegens pretia, atq; metalla pſūat.
Piſcaturus aquis flauentes inter arenas.
Magne veni: tibi fauſta canit Natalia Virgo.
Vix ea, cum puro promens ſe ſe aureus axe,

Pur-

Purpureum per inane volat, ſtimulatq; calētes
Phœbus equos: hàc terra parēs de viſcere pdit
Hyblæos flores: hàc gemmas æquora trudunt,
Vuidulos Iuno rores; Sol lumina fundit (eſt.
Naſcere; florida, gēmea, roſcida, lucida lux

Tumulus Comitis Ioannis Bebij, Scipionis F. qui in legatione Hiſpanica obijt.

Scipio Pater loquitur.

Q*Vandoquidem extremis tibi, Nate, occumbere in oris*
Contigit, & cineres ſeruat Iberus ager:
Hic tibi victuram ſtatuo de marmore famā;
Ingenio, & Formæ quod tribuiſſe iuuat.
Alterutro poteras Phœbo non cedere, Nate:
Nate Patris luſus, deliciæque breues.
At non Ingenio, non Formę Parca pepercit;
Si tamen illa fuit, te pereunte, nocens.
Quis Phœbi caſum regat in decliue ruentis;
Pronus vbi occiduas tā prope ſpectat aquas?
Debueram abſtinuiſſe miſer fatalibus oris;
Nec Solem occaſus mittere ad Heſperios.

Ad Io. Antonium Florentinum Deeius Roſa, & Naui, Humanæ vitæ ſymbolis.

QVAE deſideriũ mortis, quæ tædia vitæ
Incutit antiquo fortius Hegeſia:
Subtrahet extremo hæc eadem te pagina fato,
Tangere lethæas nec patietur aquas.
Nã ſeu concuſsã fingis ſæuo æquore NAVIM,
Seu mage languentẽ ſole furente ROSAM:
Ingenij nitor elucet, magnùmque ſonantis
Eloquij cultus, vis, ſuadela, venus.
Hac poteris NAVI tranſmittere ſęcula mille;
AEternumq; tua te redimire ROSA.

Emblema ad eundem.

φιλία πόνου

CEſpite qui vino [illegible]uim, foliiſque Roſarũ
Veſtit, dum liquidum Nauita currit iter:
AErumnas tacitus laudat, fallitq; laborem
Attexto variè flore LABORIS AMOR.
Tu quoq; laudatũ inter opus NAVIMQVE ROSAMQVE
Vna iunge: φίλος ſic videare πόνου

Ad

Ad eundem.

QVAE coniuratos modò pauerat æquoris æſtus,
Fleuerat & pluuio carbaſa ſciſſa Noto:
Mox redimita Roſis, teneriq; inſignibus anni
Currit in ignotum lubrica Puppis iter.
Scilicet intexto mentitur flore laborem,
Et grauiora ſubit ſponte laboris Amor.
Forſitan hinc Operi egregio NAVIMQVE, ROSAMQVE
Inſeris, eſſe φίλοις quò videare πάνος.

Eiuſdem De Roſa.

CVius flos? Veneris. Cuius ſuadela? Mineruæ.
Quis cũ merce Ratem diuite? Iuno dedit.
Qui ſic conſenſere Deæ? quis mollijt iras?
Nũ Paris? Auctoris FLOS, SVADELA, RATIS.

FINIS.



GENVAE,

APVD IOSEPHVM PAVONEM,

M. DC. XXX. IX.

SVPERIORVM PERMISSV.

VA1
1528175

184
7
40